DE LUCIANO ASINI AUCTORE

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE IN UNIVERSITATE TUBINGENSI RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

VINCENTIUS NEUKAMM
ROETTINGENSIS

LIPSIAE
TYPIS ROBERTI NOSKE BORNENSIS
MCMXIV

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum
rettulit Guilelmus Schmid.
Examen rigorosum habitum est
die VI mensis Martii anni MCMXIII.

Guilelmo Schmidio

s.

Dispositio.

A. Fontes.

Luciani Samosatanensis opera ex recensione Caroli Jacobitzi. Vol. I—IV. 1836 sqq.
Lucianus recognovit Julius Sommerbrodt. 3 vol. Berlin 1886—1899.
Lucianus ed. Nils Nilen. Vol. I. Fasc. I. Libelli I—XIV. Lipsiae 1906.

B. Libri adhibiti.

a) Grammaticae.

K. W. Krüger, Griechische Sprachlehre. 6. Aufl. 1891.
R. Kühner, Griechische Grammatik. 3. Aufl. neubearbeitet von Gerth. Hannover und Leipzig 1898.
R. Kühner, Griechische Grammatik. Bd. 1. 3. Aufl. besorgt von Fr. Blaß. Hannover 1890.
J. M. Stahl, Historisch-kritische Syntax des griechischen Verbums. Heidelberg 1907.
K. Meisterhans, Grammatik der attischen Inschriften. 3. Aufl. besorgt von E. Schwyzer.
Ernst Nachmanson, Laut- und Formenlehre der magnetischen Inschriften. Leipzig 1896.
Eduard Schweizer, Grammatik der pergamenischen Inschriften. Berlin 1898.
E. Mayser, Grammatik der griechischen Papyri aus der Ptolemäerzeit. Leipzig 1906.
L. Radermacher, Das Griechisch des Neuen Testaments im Zusammenhang mit der Volkssprache. Tübingen 1911.
Fr. Blaß, Grammatik des neutestamentlichen Griechisch. 2. Aufl. Göttingen 1902.
Winer-Schmiedel, Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms. Göttingen 1894.
J. H. Moulton, Einleitung in die Sprache des Neuen Testaments. Deutsche Ausgabe. Heidelberg 1911.
A. T. Robertson, Grammatik des neutestamentlichen Griechisch mit Berücksichtigung der vergleichenden Sprachwissenschaft und der *Κοινή*-Forschung. Deutsch von H. Stocks. Leipzig 1911.
Alexander Buttmann, Grammatik des neutestamentlichen Sprachgebrauchs. Berlin 1859.
Robert Helbing, Grammatik der Septuaginta. Laut- und Wortlehre. Göttingen 1907.
Thackeray, Grammar of the Old Testament in Greek. Cambridge 1909.
Albert Thumb, Die griechische Sprache im Zeitalter des Hellenismus. Straßburg 1901.
Antonios Jannaris, An historical greek grammar. London 1897.
Georgios Hatzidakis, Einleitung in die neugriechische Grammatik. Leipzig 1892.

b) Commentationes.

W. Schmid, Der Attizismus in seinen Hauptvertretern von Dionys von Halikarnaß bis auf den zweiten Philostratus. Bd. 1—4. Stuttgart 1887—1896.

K. Dieterich, Untersuchungen zur Geschichte der griechischen Sprache von der hellenistischen Zeit bis zum X. Jahrhundert n. Chr. (= Byzantinisches Archiv Heft 1). Leipzig 1898.

A. du Mesnil, Grammatica quam Lucianus in scriptis suis secutus est cum antiquorum Atticorum ratione comparatur. Programm. Stolp 1867.

C. Schwidop, Observat. Lucian. specimina V. Programm des Kneiphöferschen Gymnasiums. Königsberg 1848 sqq.

C. F. Knaut, De Luciano libelli qui inscribitur *Λούκιος* sive asinus auctore. Diss. Leipzig 1868.

M. Rothstein, Quaestiones Lucianeae. Berlin 1888.

S. Chabert, L'atticisme de Lucien. Thèse. Paris 1897.

E. Rohde, Über Lukians Schrift *Λούκιος ἢ ὄνος*. Leipzig 1869.

K. Mras, Die Überlieferung Lukians. In Sitzungsber. d. Kaiserl. Akad. d. Wiss. in Wien, Philosoph.-histor. Klasse 167. Bd. 7. Abh. Wien 1911.

W. Crönert, Memoria Graeca Herculanensis. Leipzig 1903.

St. Witkowski, Epistulae privatae Graecae, quae in papyris aetatis Lagidarum servantur. Leipzig 1911.

W. Schmidt, De Flavii Iosephi elocutione observationes criticae. In Fleckeisens Jahrb. Suppl. XX. Leipzig 1893.

H. Reinhold, De graecitate patrum apostolicorum librorumque apogryphorum N. Ti. quaestiones grammaticae (= diss. phil. Hal. XIV, 1). Halle 1898.

Fr. Krebs, Die Präpositionen bei Polybius. Diss. Würzburg 1881.

Fr. Krebs, Die präpositionsartigen Adverbien bei Polybius. 1882.

E. Mann, Über den Sprachgebrauch des Xenophon Ephesius. Programm. Kaiserslautern 1896.

J. Fritsch, Der Sprachgebrauch Heliodors und seine Stellung zum Attizismus. 2 Programme. Kaden (I 1901, II 1902).

H. Sexauer, Der Sprachgebrauch des Romanschriftstellers Achilles Tatius. Diss. 1899.

J. Trunk, De Basilio Magno sermonis Attici imitatore. Programm. Ehingen a. D. 1911.

W. Fritz, Die Briefe des Bischofs Synesius von Kyrene. Leipzig 1898.

H. Diel, De enuntiatis finalibus apud Graecorum rerum scriptores posterioris aetatis. Programm. München 1895.

Alios quibus usus sum libros infra suo loco memorabo.

Asinum codicibus Luciani nomine traditum a Luciano e Lucii Patrensis *μεταμορφώσεων* libris excerptum esse Photius auctor est; dicit enim[1]) *οἵ δέ γε πρῶτοι αὐτοῦ δύο λόγοι μόνον οὐ μετεγράφησαν Λουκίῳ ἐκ τοῦ Λουκιανοῦ λόγου, ὃς ἐπιγέγραπται Λοῦκις ἢ ὄνος, ἢ ἐκ τῶν Λουκίου λόγων Λουκιανῷ· ἔοικε δὲ μᾶλλον ὁ Λουκιανὸς μεταγράφοντι, ὅσον εἰκάζειν· τίς γὰρ χρόνῳ πρεσβύτερος, οὔπω ἔχομεν γνῶναι· καὶ γὰρ ὡς ἀπὸ πλάτους τῶν Λουκίου λόγων ὁ Λουκιανὸς ἀπολεπτύνας καὶ περιελὼν ὅσα μὴ ἐδόκει αὐτῷ πρὸς τὸν οἰκεῖον χρήσιμα σκοπόν, αὐτοῖς τε λέξεσι καὶ συντάξεσιν εἰς ἕνα τὰ λοιπὰ συναρμόσας λόγον Λοῦκις ἢ ὄνος ἐπέγραψε τὸ ἐκεῖθεν ὑποσυληθέν.* Idem legitur[2]) exeunte codice Vaticano *Γ* 90 decimo saeculo perscripto[3]) et Veneto A: *Λουκιανοῦ ἐπιτομὴ τῶν Λουκίου μεταμορφώσεων.* Sed haec subscriptio utrum e Photio hausta sit, id quod Rohdius contendit, necne haud scio an nemo possit diiudicare. Photii iudicio ii, qui postea in hanc rem inquisiverunt plane assensi sunt[4]) ut Vossius,[5]) Lebaunius,[6]) Coraes,[7]) Chassang.[8])

Contra Wielandius[9]) primus intellexit asinum, si re vera nihil aliud esset nisi *ἐπιτομή* primi et alterius Lucii *μεταμορφώσεων* librorum sollertissimo illi Luciano nullo modo posse tribui. Inde profectus asinum non a Luciano e Lucio Patrensi, sed ab hoc ex illo excerptum esse iudicavit idque ita, ut orationem suo arbitrio redderet copiosiorem. Eandem fere viam instituit Courierius[10]) ipse quoque ratus *ἐπιτομὴν* ex alieno libro factam Luciani ingenio esse indignam. Itaque Wielandium secutus

---

[1]) in cod. 129 biblioth. ed. Bekker p. 90b.

[2]) cf. Rohde über Lucians Schrift *Λούκιος ἢ ὄνος*, Leipzig 1869, p. 2 adn. 1; Bethe, Philologus 48 (1889) p. 632; M. Rothstein, quaestiones Lucianeae, Diss. Berlin 1888, p. 42.

[3]) Mras in Sitzungsberichte der Wiener Akademie 1911 p. 229.

[4]) Rohde l. l. p. 3.

[5]) de hist. gr. p. 463 West.

[6]) mém. de l'acad. des inscript. XXXIV (1770) p. 45.

[7]) in praefat. ad Heliod. p. 11 sq.

[8]) hist. du roman dans l'antiquité grecque et romaine, Paris 1862, p. 402.

[9]) cf. Einleitung zu seiner Übersetzung dès asinus p. 296 sqq.

[10]) oeuvres complètes de P. L. Courier, Paris 1830, vol. II p. 1 sqq.

fabulam pleniorem non posteriorem esse non posse suspicatus est, sed in hoc ab illo dissentit, quod Lucium Patrensem ambarum narrationum auctorem esse credidit. Similibus causis adductus etiam I. Hoffmannus hunc libellum a Luciano abiudicavit.[1])

Sed his omnibus hoc est commune, quod quaestionem solvere studuerunt solis Photii verbis nisi, cum eius iudicium improbaverint.

Recentiore vero aetate fuerunt, qui asinum *ἐπιτομήν* Luciano indignam esse facile ex ipso libello demonstrari posse affirmarent. Buergerus enim[2]) et Rothsteinius[3]) singularum rerum continuatione accuratius examinata et cum Apuleio comparata multa occurrere existimaverunt, quae explicari non possint nisi credas ex alio libro ampliore ea excerpta et contracta esse[4]) et quidem multis rebus inscite omissis, quae nisi afferantur, non facile perspicias, quomodo sententiae inter se cohaereant, id quod ne mediocri quidem scriptori nedum Luciano condones. Quorum sententiam Arnimius haud ita multo post refutare conatus est.[5]) Neque enim putat excepto capite 42 (= Apul. IX 11—31) ullum in asino inconditae *ἐπιτομῆς* vestigium apparere, immo in omnibus libri partibus summum esse consensum praeter paucos locos, quos vel excusare vel coniectura sanare studet. At illud Arnimi iudicium haud scio an nemini probetur.[6]) Namque e compluribus locis liquido apparet asini auctorem scriptorem aliquem imitandum sibi propositum contraxisse,[7]) quod nimis pressae orationis studio ductus ea tacuit, quae necessitate quadam sententiarum contextu postulentur[8]) et quae in eius exemplo fuisse scripta Apuleio cum asino comparato haud infitieris. Sane vero concisa dicendi brevitas magna arte continetur, cum legentium animi ea semper suspensi teneantur et quivis quid quodque verbum sibi velit, deliberare cogatur. At si hac astricta verborum comprehensione sermonis vis nimis obscuratur vel res ad orationem intellegendam maxime necessariae silentio praetereuntur ut in asino, ad contrariam

---

[1]) Lucian, Der Satiriker, Nürnberg 1856, p. 70 sq.

[2]) de Lucio Patrensi, Diss. Berlin 1887, p. 13 sqq.; Hermes 23 (1888) p. 449 sqq.; Studien zur Geschichte des griech. Romans, Progr., Blankenburg a. H. 1902 I p. 4 sqq.

[3]) l. l. p. 133 sqq.

[4]) imprimis agitur de his locis: cap. 24, 26; cap. 40 = Apul. IX 1—4; cap. 43—45 = Apul. IX 32—42.

[5]) Wiener Studien XXII (1900) p. 153 sqq.

[6]) eximie de hac re iterum disputavit Buergerus in commentatione nuper edita (Progr., Blankenburg 1902, I p. 4 sqq.).

[7]) cf. Buerger, ibid. p. 13.

[8]) cuius rei culpam in librarios, quos Byzantina aetate Lucianeo rum librorum verba saepe aut levitate aut inscitia corrupisse constat (cf. B. Hase, imitations de la Nécyomantie de Lucien in den Notices et extraits vol. IX 1813 II p. 125 sqq.) esse transferendam, dubito an nemo sibi persuadeat.

accedas sententiam. Itaque Buergerum et Rothsteinium secutus tuo iure contendas asinum ἐπιτομὴν esse ita factam, ut Luciani ingenio, quippe qui numquam aliorum scrinia compilaverit,[1]) prorsus indignus esse videatur, praesertim cum etiam sententia illa iam a Rohdio prolata[2]) et nuper ab Arnimio[3]) depravato loco capitis 55 niso defensa, qua illi asinum ad aequalem aliquem scriptorem insectandum esse compositum existimaverunt, ab omni veritate sit alienum.[4]) Neque enim re altius perspecta ullum hic cernitur irrisionis vestigium, immo de eo agitur,[5]) qui ipsam hanc fabulam conscripsit. Sed etsi in illo capite eiusmodi vestigium inveniretur, id non asini,[6]) verum μεταμορφώσεων auctori esset tribuendum. Quod pro certo potest haberi.

At multo magis quam sententiarum contextus sermonis forma mirum quantum a Lucianeo dicendi genere discrepans hominibus doctis, qui adhuc Luciani libris pernoscendis operam dederunt, iustam movit dubitationem, cum Lucianus non sententiarum gravitatis, sed orationis elegantiae laudem se sibi vindicare ipse profiteatur (cf. Prom. es in verb. 27 sq. Zeux. 845, 849; Bis. acc. 835; piscat. 592; quom. hist. conscr. 58), ut propter solam dicendi diversitatem omnes fere asinum a Luciano esse abiudicandum censerent ut Dindorfius, Bekkerus, Iacobitzius,[7]) Fritzscheus,[8]) Du Mesnilius,[9]) Cobetus,[10]) Croisetus,[11]) Christius,[12]) Bielerus[13]) alii. Quorum iudiciis primus Rohde sese opposuit[14]) contendens illa sermonis vitia a Luciano consulto esse admissa, ut in impolitam libri irrisi elocutionem inveheretur, sed postea idem alias ob causas

---

[1]) cf. Ziegeler, De Charidemo, Progr. Hildesheim p. 5; A. Stengel, De Luciani veris historiis, Diss. Rostock 1911 p. 7.

[2]) l. l. idem iam ante Rohdium contenderat Meiners verm. Schrift 6, 2 (Leipz. 1801) p. 244.

[3]) l. l. p. 171 sqq.

[4]) cf. Bürger, Progr. p. 13 sqq.

[5]) Rothstein l. l. p. 137 adn. 2; Bürger l. l. p. 18 sq.

[6]) Bürger l. l. p. 17.

[7]) In editionibus suis.

[8]) Ad Philops. 7 I 2 p. 108.

[9]) Grammatica, quam Lucianus in scriptis suis secutus sit. p. 4.

[10]) Var. lect. p. 260: quicumque scripsit Lucium sive asinum aliquanto serius quam Lucianus vixit et graecitate utitur aliquanto deteriore multa neglegenter et plebeis erroribus scriptitans.

[11]) Essai sur la vie et les œuvres de Lucien Paris 1882 p. 43.

[12]) Griech. Literaturgesch. 3. A. München 1898: wahrscheinlich ist überhaupt Lukian nicht der Verfasser des Esels, jedenfalls sind die großen Bedenken nicht entkräftet, welche gegen die Echtheit des lukianischen Esels von seiten der Sprache erhoben wurden.

[13]) De parasito p. 5.

[14]) l. l. 2q sqq.

in contrariam opinionem deductus est.[1]) Sub idem fere tempus Knautius parum emendatam asini orationem excusare studuit libellum Luciano admodum adulescenti tribuendo;[2]) qui quam prave iudicaverit, demonstrat Rohde in appendice libri modo laudati.

His vero diebus Schmidius[3]) et Arnimius[4]) soli, quod videam, asinum a Luciano esse conscriptum veri simile existimant, quamvis multa inveniantur, quae cum Atticistarum consuetudine repugnent. Quorum utri erraverint, cum testimonia foris petita, e quibus asinum a Luciano aut scriptum aut non scriptum esse appareat, plane desint,[5]) dici non posse ego quidem crediderim nisi asini elocutione penitus explorata. In Luciano enim magis quam in ullo alio scriptore ad libros dubios a germanis seiungendos firmissimam ansam praebet sermonis proprietas.[6]) Itaque ante omnia accurate statuere necesse est, quatenus hic liber cum Lucianeo stilo et dissentiat et consentiat, id quod nescio quo pacto usque ad hoc tempus nemo indagare operae pretium existimavit. Quae si erunt perfecta, certius iam de asini auctore facias iudicium.

Sed priusquam id munus obeam, pauca disputaturus sum de asini codicibus.

De his difficillimum est disserere non solum quod hodie etiam editio ad huius aetatis artis criticae regulas facta desideratur, sed imprimis quod nonnulli codices ad constituendum verborum textum necessario adhibendi parum aut omnino non sunt pervestigati. Cum enim Mrasius subtili quaestione et ordine, quo singuli libelli in codicibus traduntur accurate observato et lectionum varietate diligenter examinata quomodo cunctorum fere Luciani librorum codices inter se cohaererent, docuerit,[7]) in asino res minime ad finem perducta est. Rohdius quidem putabat duo esse codicum genera, quorum prius alteri longe praestaret neque ullum esse locum, quo alterum genus contra prius verum exhibere

---

[1]) cf. Rhein. Mus. XL p. 91 (= Kleine Schriften II 69 f.).

[2]) De Luciano libelli, qui inscribitur Lucius sive asinus auctore Leipzig 1869. Diss. p. 40 sqq.

[3]) Atticismus I 225. Philologus vol. 50 p. 313 sqq.; Neue Jahrbücher für das klass. Altertum 1904 p. 475.

[4]) l. l.

[5]) Nam quod a Photio (l. l.) itemque codicibus asinus Luciano tribuitur, ea re ad quaestionem solvendam nihil est profectum, cum multo ante Photii aetatem fieri potuisset, ut asinus perperam Lucianeis libris insereretur, codices vero antiquissimi non ante decimum saeculum scripti, qui quidem sint integri, etiam eos libros contineant, quos spurios esse inter omnes constat ut Philopatr. Charid. encom. Demosth.; in Vaticano Γ 90 tantum Nero Charid. Philopatr. desunt (Mras p. 6; Rothst p. 3), in Mut. O Macrobii (Rothst. p. 10).

[6]) Bieler de paras. p. 3; Rothstein p. 30 annot. 2.

[7]) l. l.

certum sit.[1]) Rothsteinio [2]) autem inde consequi videbatur alterum genus totum e priore ductum esse, ut antiquitus non duplici textus forma traderetur hic libellus, sed simplici, e qua postea interpolando secundum codicum genus oreretur. Quorum uter rectius perspexerit, nondum potest diiudicari. Asinus enim cum priore codicum familia *Γ* memoriae prodatur, in praestantissimo alterius familiae codice *B* plane deest,[3]) contra traditur codice *Ψ*, qui post codicem *B* antiquissimus putatur familiae *B*. Itaque credere licet asinum ab ipso initio etiam in archetypo eiusdem codicum generis fuisse perscriptum, verum ad hanc quaestionem disceptandam plures quam adhuc factum est codices inter se comparare necesse est ac praecipue ipsum codicem *Ψ*, qui quamquam ad 41 asini capita pertinet, tamen a Sommerbrodtio ad decimum cum reliquis libris est collatus; [4]) etiam novissimum familiae *B* codicem, Parisinum *N* (XV. saec.), cui quantum in vetustissima, quam assequi possumus, verborum forma constituenda tribuendum sit, etiam nunc ambigitur, nonnullis locis lectiones a codice *Γ* 90 diversas, quae tamen minime coniectura essent inventae, praebere sibi visum esse Mrasius asseverat.[5])

Quae priusquam a criticis planius erunt illustrata, in iis nobis erit acquiescendum, quae iam Rohde statuit.[6]) In lectionibus dubiis ceteris libris plerumque omnibus prorsus abiectis solos sequemur codices 𝔄 et Vaticanum *Γ* 90; huius Iacobitzius nullam fere habuit rationem, sed bene accidit, quod Betheus omnes locos, quibus dissentit Vaticanus a Iacobitzi editionis minoris volumine II, congessit in philologo 48 p. 630 sqq.

Reliqui codices minimi vel nullius sunt momenti. Codex C enim e variis fontibus mixtus est,[7]) codex *A* undevicesimo saeculo perperam optimis adnumeratus [8]) e codice C fluxit,[9]) ut quanti faciendus sit, facile intellegas. Librarius codicis *Δ* homo doctus fuit, qui saepenumero verba tradita suo arbitrio libere immutaret vel corrupta aliquo modo emendare sibi visus a vere traditis Luciani verbis aberraret.[10]) Codices F et M foedissime interpolati nihil boni exhibent, quod non in antiquiore codice exstet.

---

[1]) l. l. p. 46 sqq.
[2]) l. l. p. 43.
[3]) Mras l. l. p. 149.
[4]) cf. Vogt de Luciani libellorum pristino ordine p. 31 annot. 9.
[5]) l. l. p. 215 sqq.
[6]) l. l. p. 52.
[7]) Rohde l. l. p. 51.
[8]) cf. Nils Nilen annot. Luc. 1889 p. 1—6.
[9]) cf. Rohde l. l. p. 51.
[10]) ibid. p. 48.

Quibus expositis iam ad rem ipsam aggrediar. Ac primum quidem dicam de sermonis integritate.

A. De litterarum commutatione.

a) Consonantium.

Rhetorum praeceptis et sophistarum consuetudini[1]) sermoni Ionicis formis immixtis *γλυκύτητα* illam, quam Graeci vocant addendi ut Lucianus,[2]) ita asini quoque auctor modice obtemperavit; sed omnes fere illae formae etiam *κοινῆς διαλέκτου* sunt propriae.

Litteras *σσ* pro Atticis *ττ* praebent hae voces *νύσσε* 577 (contra *νύττουσαι* 600), *τέσσαρες* 581, *θάλασσα* 623, verba Ionica sunt *λαφύσσω* 596, *εἱλίσσω* 605; ceteris in verbis nisi formae per *ττ* scriptae non exstant.[3]) Afferam haec exempla: *πέττειν* 610, 612; *λυττάω* 608; *ἐπιτάττειν* 577, 578; *καταμάττεσθαι* 578; *διορύττειν* 583; *συντάττεσθαι* 590, 605; *κηρύττειν* 603; *γλῶττα* 605 sqq. *Κοινῆς* scriptores omnes fere *σσ* solent adhibere;[4]) in inscriptionibus Pergamenis[5]) et Magnesiis[6]) *σσ* sollemnes sunt, in inscriptionibus Atticis quarto demum saeculo reperiuntur.[7]) In libris LXX[8]) et in N. To.[9]) formae per *σσ* scriptae solae inveniuntur. Ex Atticistis Aristides unus litteras *σσ* plane fastidit.[10]) Apud Lucianum praeter alias (ut *πάσσεται* de luctu 927; *περισσῶς* rhet. mag. 25; *γλῶσσα* quom. hist. conscr. 43; imag. 471; vit. auct. 549; *ἀμύσσων* de luct. 929; *μέλισσα* Demon. 392; iud. voc. 93; *λυσσῶσι* Nigr. 81; *φυλάσσου* iud. voc. 89; *ὑποπτήσσουσι* Anach. 912; *πεσσὸς* Cronos. 399)[11]) illae, ipsae quas supra dixi voces interdum litteras *σσ* exhibent ut *τέσσαρες* musc. enc. 93; Nigr. 76; Tim. 111; *θάλασσα* Iup. trag. 657, 693; dial. mar. 316; iud. voc. 94.

---

[1]) W. Schmid l. l. III p. 16 sqq.

[2]) ibid. III 18.

[3]) Codices consentiunt.

[4]) cf. W. Schmid l. l. p. 18 adn. 22; L. Radermacher, Das Griechisch des N. Ts. im Zusammenhang mit der Volkssprache p. 38; A. Thumb, Die griech. Sprache im Zeitalter des Hellenismus p. 78 sq.

[5]) Ed. Schweizer, Grammatik der Pergamenischen Inschriften p. 125.

[6]) Nachmanson, Laut und Formenlehre der Magnetischen Inschriften p. 95.

[7]) Meisterhans-Schwyzer p. 101; St. Witkowski, Eos XI 147; J. Handel, De lingua communi Leopoli 1913 p. 38.

[8]) R. Helbing, Grammatik der Septuaginta p. 19; Thackeray, Grammar of the Old Testament in greek p. 122.

[9]) Winer-Schmiedel, Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms p. 59 c.

[10]) W. Schmid l. l. II 83 sqq.; IV 579.

[11]) Codices consentiunt.

Ad Atticam consuetudinem conformatae sunt hae formae per ρρ scriptae: *Κόρρη* 577; *θαρρεῖν* 589; *θάρρει* 580, 82; *θαρρῶν* 570; semel vero ρς legitur *ὑπὸ τῶν ἀρσένων* 597 at *ἄρρην* 601. scriptura ρρ iuxta ρσ Ionum[1]) et Thucydidis[2]) mori maxime respondens etiam in posterioris aetatis litteris invenitur.[3]) Lucianus plerumque Atticas formas adhibet, sed in quibusdam verbis scriptura fluctuat ut *ἄρσην* dial. deor. 274; *θαρσήσας* Philops. 50; *θάρσος* musc. enc. 95 [Dem. enc. 526].

Verbum *γίγνομαι* bis formam Atticam habet *γίγνομαι* 571,[4]) 610;[5]) sed maximam partem Ionicam ut 576, 580, 581, 584, 585, 590, 606,[4]) 614.[5]) In inscriptionibus Atticis usque ad annum a. Chr. n. ducentesimum secundum forma *γίγνομαι*, inde ab ea aetate usque ad annum a. Chr. n. tricesimum una forma *γίνομαι*, imperatorum Romanorum vero temporibus ambae formae in usu fuerunt;[6]) de *κοινῆς* scriptoribus Radermacher haec statuit[7]): „als feststehende Formen hellenistischer Orthographie haben *γίνομαι* und *γινώσκω* zu gelten“. Eundem usum in papyris esse docet E. Mayser.[8]) Ex Atticistis Aristides unus plane Atticorum scriptorum iniit rationem;[9]) Aelianus semper *γίνομαι* scribit,[10]) Philostratus *γίγνομαι* uno loco excepto.[11]). Lucianus certae regulae non est addictus, modo communis sermonis consuetudinem sequitur, modo ad Atticos scriptores sese applicat.

Praepositionis Atticae *ξύν*, quae iam exeunte quinto saeculo in inscriptionibus evanescere coepit,[12]) in asino nullum vestigium invenias. Ac Lucianus quoque hac forma paene prorsus abstinuit.[13])

---

[1]) cf. Hoffmann, Griech. Dialekte III 567.

[2]) cf. Kühner-Blaß I 147.

[3]) cf. W. Schmid IV 12; Winer-Schmiedel 85, 27b; Helbing p. 20; Reinhold, De graecitate patrum apostolicorum p. 44; Mayser p. 219; formas per ρρ scriptas Atticas esse testatur Moeris p. 174 *θάρρος Ἀττικοί, θάρσος Ἑλληνικοί* item Herodian. I 15, 18, 507, 19; II 378, 13 ed. Lentz, Thomas Magister p. 175, 10 ed. Ritschel.

[4]) Sic in melioribus codicibus scriptum videmus, si Jacobitzio fidem habere licet.

[5]) Codices consentire videntur.

[6]) Meisterhans-Schwyzer p. 177 sq.

[7]) l. l. p. 40.

[8]) l. l. p. 14.

[9]) W. Schmid II 29.

[10]) ibid. III 18.

[11]) ibid. IV 13.

[12]) Meisterhans-Schwyzer p. 220 sq.

[13]) W. Schmid III 16.

b) Vocalium.

Compluribus locis pro forma ἐὰν contracta ἤν legitur (574, 592, 602, 616), quae Ionicis potissimum scriptoribus erat in usu,[1]) cum apud Atticos velut etiam apud Thucydidem haud ita frequenter inveniatur neque usquam exstet in inscriptionibus Atticis[2]) aut in sermone vulgari.[3]) Forma contracta ἄν 599 in inscriptionibus,[4]) papyris, N. To. multo rarior est quam ἐάν,[5]) quae occurrit 578; Byzantina vero aetate ceteras summovit particulas hodieque in vulgi sermone sola adhibetur.[6]) Lucianum particulam ἤν in deliciis habuisse, interdum ἄν, rarissime ἐάν usurpasse Schwidopius testis est.[7])

Praeter voces κάω et κλάω, quas vere Atticas esse Herodianus (II 280, 6 ed. Lentz) affirmat, et apud Atticos et apud κοινῆς scriptores formae καίω et κλαίω occurrunt.[8]) In asino semper καίω legitur his locis ἐκαίετο 588; ἔκαιε 618;[9]) sed κλάω: ἔκλαε 589; συνέκλαον 589; κλάουσαν 589.[9]) Lucianus decies formam καίω praebet (in ver. hist. 98, 104; Alex. 245; Prom. 202; cal. non tem. cred. 131, 150; Char. 519; de mort. Peregr. 345, 349; de dipsad. 236)[9]) formam κάω in ver. hist. 102;[9]) de mort. Peregr. 348, 350; pisc. 619;[9]) formam κλάω semper fere: τί κλάεις dial. mort. 406; ἔκλαες dial. meretr. 308, 309;[9]) κλάειν de luct. 934;[1]) κλάουσι iud. voc. 97;[9]) κλάοντα vit. auct. 553[10]) bis formam κλαίω in participio: κλαίων de paras. 851; κλαίουσαι pro imag. 504.[11])

Forma ἕνεκα, quae perraro in libris LXX,[12]) in N. To.,[13]) papyris,[14]) apud ecclesiasticos[15]) legitur, occurrit 585; de Lucianeo usu videas Iacobitzi indicem s. v., principalis κοινῆς forma ἕνεκεν est.[16])

---

[1]) Hoffmann l. l. III 459.

[2]) Meisterhans-Schwyzer p. 225 sq.

[3]) Radermacher p. 161 sq.; Fr. Blaß, Grammatik des neutestamentlichen Griechisch p. 64; Mayser l. l. p. 152.

[4]) Meisterhans [3] l. l.

[5]) Mayser l. l. 152; Blaß l. l.; Radermacher l. l.; Handel l. l. p. 35.

[6]) A. Thumb, Handbuch der neugriechischen Volkssprache, Straßburg 1895, p. 124.

[7]) Observat. Lucian. spec. III p. 17.

[8]) W. Schmid IV 37, 579; Kühner-Blaß I 133 sq. item in papyris (Mayser 104, 351).

[9]) Codices consentire videntur.

[10]) Sic scriptum est in codd. ΓΩS cf. Nileni edit.

[11]) Hanc lectionem meliores codices praebent.

[12]) Helbing p. 21.

[13]) Blaß p. 24.

[14]) Mayser p. 14.

[15]) Reinhold p. 39 sq.

[16]) Handel, De lingua communi p. 28; Nachmanson l. l. p. 18 sq.; Mayser

Praepositionem εἰς quinquagies numeravi ut 570, 571, 572, 583 sqq., praepositionem ἐς vicies septies: 568, 568, 568, 571, 578 sqq. Forma εἰς semper usurpatur in N. To., forma ἐς in papyris quoque plane deest, apud Pol. Dion. Hal. Diod. Sicul. Ios. Plut. rarissime invenitur, apud App. Arr. Dionem Cassium praevalet.[1]) Apud Lucianum scriptura fluctuat inter εἰς et ἐς, ut nulla vicissitudinis ratio cernatur, sed crebrius quam εἰς deprehenditur ἐς.[2]) Scripturam ἐς pro atticismo habendam esse dicit Schmid IV 579.

Adverbii εἴσω tria et viginti exempla numeravi 569, 569, 570 sqq. adverbii ἔσω duo 595, 618; haec forma cum in papyris tum in N. To. usitata est.[3]) Apud Lucianum frequentius forma εἴσω occurrit (dial. mort. 392, 421; Icaromen. 777; Anach. 908, 911; Philops. 51; vot. 270, 273 [Dem. enc. 518]) [4]) quam ἔσω (de luct. 924; ver. hist. 95, 140).[4])

Duarum formarum τέλεος et τέλειος haec recentioris aetatis est, sed Attici et Atticistae in ambabus formis usurpandis sibi non constant.[5]) In asino forma τέλεον adverbii loco legitur 572, 614. Qui usus bene cum Luciano congruit, qui adverbii loco semper forma τέλεον vel τελέως utitur (W. Schmid I 293).

Vocalium κρᾶσις persaepe occurrit a) in vocula καὶ: κἀγώ (vicies) κἀμοῦ 600, 614; κἀμοί 580, 596; κἀμὲ 618; κἄν τούτῳ 571, 593, 623; κἀπειδὴ 575 (καὶ ἐπειδὴ 588, 591); κἄπειτα 607; κἀκεῖνος 611, 611, 618; κἀνταῦθα 596 (καὶ ἐνταῦθα 598); κἀκεῖθεν 586; κἀκεῖ 612; κἀκ 613, 618; κἀπὶ ταύτης 573; καλὸς κἀγαθὸς 592 b) in articulo: τοὔνομα 568; τοὐναντίον 587; τοὐπτανεῖον 596; οὑμὸς 608 (contra ὁ ἐμὸς 621, 623); τοὐμὸν 597; τἀμὰ 575, 617; ἐν ταὐτῷ 613, 615; τἆλλα 581; τἄνδον[6]) easdem κράσεις (praeter τοὐπτανεῖον) Lucianus quoque usurpavit.[7]) In N. To. formae κἀγὼ κἀμοί κἀμὲ κἀκεῖνος κἀκεῖθεν minime inusitatae sunt, contra articuli hae tantum κράσεις inveniuntur eaeque rarissime[8]): τοὔνομα τοὐναντίον ταὐτά, de papyris vid. Schmid. III 294; IV 475; a

---

p. 14; Schweizer p. 95 sq.; Meisterhans [3] p. 215 sq.; H. Smyth, The sounds and inflections of the greek dialects, Jonic, Oxford 1894, p. 595.

[1]) Winer-Schmiedel 85, 12 b; Mayser p. 14; Fr. Krebs, Präpositionsadverbien I 10 A.

[2]) Rothsteinius l. l. p. 80 sq. contendit Lucianum paucissimis locis exceptis forma ἐς sola usum esse.

[3]) Mayser p. 14; Winer-Schmiedel 85, 12 b.

[4]) Codices consentire videntur.

[5]) W. Schmid I 13, 293; II 156; Crönert memoria Hercul. p. 107 sq.

[6]) de Atticis cf. Ahrens Kleine Schriften I 55 sqq.

[7]) locos enumerare longum est.

[8]) Blass l. l. p. 19.

posterioribus scriptoribus κράσεις pro atticismo habitae sunt.[1]) In Graecorum huius aetatis sermone nullum iam κράσεως vestigium est.[2])

Ionicarum igitur formarum iuxta Atticas usus asini auctori cum Luciano communis est iidemque consentiunt in crasi frequentanda.

B. De formarum usu.

1. De nomine.

a) De substantivo.

Etsi pro accusativo pluralis vocum in -ευς desinentium cum in inscriptionibus Atticis tum in papyris inde ab anno 350 a. Chr. n. plerumque nominativus in -εῖς substituitur, tamen formae Atticae in -έας cadentes nequaquam desunt, contra inde ab anno 324 formae in -εῖς solae comparent,[3]) quae etiam in N. To. usitatae sunt.[4]) In asino unam eiusmodi formam legi τοὺς φονεῖς 592. Lucianus in hoc verborum genere semper Atticos sequitur[5]) praeter navig. 279 τοὺς βασιλεῖς, sed ne in aliis quidem verbis tertiae declinationis ille formas ab Atticis alienas repudiavit.[6])

Formae vocis κρέας Atticorum more semper contractae usurpantur ut τὰ κρέα 568, 602, 615; τῶν κρεῶν 614, 617.

Substantivorum neutri generis in -ος desinentium in sermone vulgari formae genet. plural. non contractae, quarum etiam apud Soph. Eurip. Menand. Plat. Xenoph. exempla deprehenduntur,[7]) contractis praeferri videntur.[8])

---

[1]) W. Schmid II 251; IV 472, 727; Gregor. Corinth. p. 114, 168 sqq. ed. Schäfer.

[2]) Hatzidakis Ἀθηνᾶ A 249, 254, 255; Einleitung in die neugriech. Grammatik 312 sqq.; W. Schmid IV 294.

[3]) cf. Meisterhans-Schwyzer l. l. p. 141; Schweizer l. l. p. 150; W. Schmid III 22; IV 587; W. Schmidt de Ios. elocut. p. 495 sqq.

[4]) Winer-Schmiedel § 9, 4.

[5]) formae accusativi pluralis in -εῖς desinentes antea apud Atticos quoque scriptores lectae (cf. Kühner, Griech. Gr. I § 128, 4) nunc remotae sunt (cf. O. Riemann qua rei criticae tractandae ratione Xenophontis Hellenicorum textus constituendus sit p. 80; forma ἱππεῖς pro ἱππέας a Luciano improbatur in soloecista 576.

[6]) W. Schmid I 226; IV 581.

[7]) cf. Kühner-Blass I p. 402; Robertson, Gram. d. Neutestamentl. Griech. p. 39 annot. 1.

[8]) cf. Radermacher l. l. p. 49; Robertson l. l. p. 36; Helbing p. 34 sqq.; Compernass de sermone graeco vulgari Pisidiae meridionalis Diss. Bonn 1895 p. 56; W. Schmid IV 581.

In asino nisi contractae non exstant: *σκελῶν* 587; *σκευῶν* 590, 591; *κτηνῶν* 603, 610; excepta forma *ἀνθέων* 585, 621. Plane igitur huius libelli auctor grammaticorum praeceptis obsequitur, qui formam *ἀνθέων* contrahi vetabant.[1]) In inscriptionibus Atticis formae solutae omnino non reperiuntur.[2]) E Luciano praeter formam *ἀνθέων* semper ab eo usurpatam una forma non contracta mihi in promptu est *ὀστέα* ver. hist. 95.

Declinationis Atticae, quae vocatur, nullum vidi exemplum; pro attica forma. *νεὼς* legitur *τῆς κοινῆς* propria *ναός*: *ναῷ* 610; *ναόν* 609; hanc formam inscriptiones Atticae inde ab anno 250 demum praebent;[3]) e libris LXX et e N. To. declinatio Attica prorsus evanuit.[4]) Lucianus vocibus *νεὼς* et *ναὸς* promiscue utitur.[5])

b) De adiectivo.

Alterius declinationis adiectiva in-*εος* cadentia secundum grammaticorum praecepta semper contrahuntur *πλεῖστα ὅσα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ* 588; *χρυσῆν φιάλην* 609 praeter vocabulum *ἀργαλέος* ex Homero haustum: *ἀργαλέαν ὁδὸν* 568, 603, 610. Lucianus bis contractionem omisit *χάλκεον ἔχων πηδάλιον* ver. hist. 102;[6]) *χρύσεα* adv. indoct. 102.

Quod usum formarum *πλέων* et *πλείων* attinet, Meisterhans[3] inscriptionibus Atticis nisus hanc statuit regulam[7]): Attici ante longas vocales *ει*, ante breves *ε* et *ει*, in neutro genere *πλέον* tantum asciverunt. Haec Atticorum ratio, quae ne a *κοινῆς* quidem scriptoribus abhorret,[8]) etiam in asino observatur: *πλέον* 574; forma *πλείω* in adverbii naturam versa, quam codices praebent 578 *μὴ πληγὰς ἔτι πλείω λάβῃς* potissimum *κοινῆς διαλέκτου* propria est,[9]) in inscriptionibus Atticis ante imperatorum Romanorum

---

[1]) cf. Phrynich. ed. Lobeck p. 454 *ἀνθέων γράφε, ἀλλὰ μὴ ἀνθῶν, ἵνα μὴ συνεμπέσῃ τῷ ἀνθ' ὧν ἔγραψας καὶ ἀνθ' ὧν ἔδωκας.* Suidas s. v. *ἀνθέων.* Ps. Herod. frg. ed. Pierson-Koch p. 414; Thom. Mag. 1, 9.

[2]) cf. Meisterhans-Schwyzer l. l. p. 152.

[3]) ibid. 152, 18; Crönert l. l. 165.

[4]) Thackeray l. l. 173; Radermacher p. 52.

[5]) W. Schmid I p. 226.

[6]) sic in melioribus codicibus scriptum est. vid. Nilenium p. 164.

[7]) l. l. p. 152; conferas etiam Stahlium quaest. ad Thuc. pertinentes 1886 p. 57.

[8]) W. Schmid IV 581.

[9]) cf. W. Crönert Philolog. 61 p. 162 sqq., 189; Brugmann griech. gramm. 4. A. p. 247.

aetatem non reperitur;[1]) e Luciano Croenert tria similia exempla memorat.[2])

Lucianus in neutro genere et formam *πλέον* et *πλεῖον* usurpat,[3]) nominativus et accusativus masculini et feminini generis semper contractas formas exhibent ut apud Aelianum et Philostratum[4]) exceptis his *πλείονας*, vit. auct. 545 (Philopatr. 595, 607; *ἀμείνονας* amor. 602). Apud *κοινῆς* scriptores formae non contractae praevalent.[5])

Comparativus *ὠκύτερος* et superlativus *οἴκτιστος* ex Homero videntur petiti esse; posterioris sermonis est forma *ἀνώτερος* 577.

Comparativus *κακίων*, qui Mullachio teste e sermone cotidiano mature excidit,[6]) in asino exstat 619 *κακίων* et 601 *κάκιον*.

Vocis *ταχὺς* comparativi genus neutrum cum Attica regula convenit *θᾶττον* 578, 579, cum in sermone communi forma *τάχιον* pervulgata esse videatur.[7]) Lucianus semel Atticos scriptores non sequitur in soloec. 573 *τάχιον*.

e) De pronomine.

Pro pronominis reflexivi primi et alterius personarum singularibus et pluralibus saepe formae tertiae personae substitutae sunt velut *ἑαυτοῦ* pro *ἐμαυτοῦ* 581; *ἑαυτόν* pro *ἐμαυτόν* 581, 595, 601, 603; *ἑαυτοὺς* pro *ἡμᾶς αὐτοὺς* 576. Qui usus minime prorsus abest ab Atticis.[8]) In papyris inde a secundo a. Chr. n. saeculo formae *ἡμῶν αὐτῶν* et *ὑμῶν αὐτῶν* sqq. omnino non apparent,[9]) sed earum loco formae *ἑαυτῶν* sqq. solae in usu sunt; in inscriptionibus Pergamenis et Magnesiis.[10]) *ἑαυτῶν* sqq. pro tertia tantum persona usurpatur. Eundem usum licet observare in inscriptionibus Atticis.[4])

Singularis formae *ἑαυτοῦ* sqq. in N. To. pro *ἐμαυτοῦ* non

---

[1]) Crönert l. l. p. 186; de scriptoribus Atticis ibid. 162 sqq; Kuehner-Gerth II p. 311.

[2]) l. l. p. 174; de papyris vid. Moulton. in the classical Review XV p. 438 B.

[3]) cf. Jacobitzi indicem p. 653.

[4]) W. Schmid III 23, IV 17.

[5]) ibid. IV 581; Schweizer 159; Crönert 188; Reinhold 52; Nachmanson 143.

[6]) Grammatik der Vulgärsprache 1856 p. 178.

[7]) W. Schmid IV 25, 585; W. Schmidt de Jos. 505; Helbing 55; Blass 35; Reinhold 60; Fritsch I 4; Moer. p. 332 *τάχιον οὐ λέγεται παρ' Ἀττικοῖς, ἀλλὰ θᾶττον*.

[8]) Krüger 51, 2, 15; Kühner-Gerth I 572.

[9]) Mayser p. 204.

[10]) Schweizer p. 161; Nachmanson p. 144 annot.

[11]) Meisterhans-Schwyzer p. 235, 2.

adhibentur,[1]) cum in libris LXX,[2]) apud *κοινῆς* scriptores[3]) praeter Polybium et Josephum,[4]) in papyris Ptolemaeorum aetate scriptis nequaquam evitentur.[5]) De Luciano conferas Schmidium I 228.

Attico more *σφῶναὐτῶν* directi reflexivi locum obtinet 609 *τῇ σφῶν αὐτῶν θεῷ* in inscriptionibus Atticis inde ab ineunte saeculo quarto formae *σφῶν αὐτῶν* sqq. iam non adhibentur[6]) neque magis in inscriptionibus Pergamenis, in libris LXX, in papyris, in N. To., apud Arrianum, Epictetum.[7])

Pronominis *τις* forma pluralis *ἄττα* pro atticismo habenda est: *ὀλίγ' ἄττα* 578.[8])

In inscriptionibus Atticis quinti et quarti saeculi pronomen *οὐδεὶς* saepenumero dirimitur in *οὐδὲ εἷς*[9]) ut in as. 594 et frequenter apud Luc. Quod in atticismis numerandum esse testificatur Suidas *οὐδ' ὑφ' ἕνων οἱ Ἀττικοί ἀντί τοῦ ὑπ' οὐδένων λέγουσιν ὑπερβιβάζοντες* itemque Greg. Corinth p. 35 ed. Schaefer: *καὶ τὸ διαιρεῖν τὸ οὐδέν ἀττικόν ἐστιν.*[10]) Similes formae etiam in N. To. compluribus locis inveniuntur ut *οὐκ ἔστιν δίκαιος οὐδὲ εἷς* (ad Roman. 3, 10), *πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα* Matth. 27, 14 sqq.[11])

Huc mihi referenda esse videntur etiam neutra *οἷον* et *οἷα* pro *ὡς* posita: *οἷον εἰκός* 593, 616; *οἷα κάμνων* ... 590, 618; *οἷα δὴ κεκενωμένης τῆς οἰκίας* 603. Similia exempla apud Luc. vidi in Tox. 510; Scyth. 862; sacrif. 531. Hic usus ab Atticis non abhorret,[12]) apud posterioris vero aetatis scriptores persaepe (ut apud Longum semper fere) *οἷα* pro *ἅτε* vel *ὡς* cum participiis

---

[1]) Radermacher p. 61.

[2]) Thackeray p. 190.

[3]) Hatzidakis Einleitung in die neugriech. Gramm. p. 189 sp.; Crönert p. 197; Dieterich Untersuchungen p. 193; Weißenberger, De Plutarcho p. 24; Compernass p. 10 sq.; item apud Heliodorum Fritsch p. 24.

[4]) Kälker, Leipziger Stud. III 377; W. Schmidt, De Jos. p. 368 sq.

[5]) Mayser p. 303.

[6]) Meisterhans-Schwyzer p. 153, 3.

[7]) Schweizer p. 161; Mayser l. l. Thackeray 190; Böhner, Act. sem. Erlangens. IV 31 sq.; Melcher, De sermone Epicteteo, Diss. Halle 1906 p. 6.

[8]) W. Schmid I 111, 401; apud Xenophontem Ephesium et Achillem Tatium haec forma deesse videtur (cf. Sexauer l. l. Mann de Xenoph. Ephes. Progr., Kaiserslautern 1896).

[9]) Meisterhans-Schwyzer p. 105, 258.

[10]) W. Schmid I 130.

[11]) Buttmann, Grammatik des neutestamentl. Sprachgebrauchs 1859 p. 127, 32; e Xenophonte Ephesio exempla collegit Mann l. l. p. 11.

[12]) Kühner-Gerth II 37.

et adiectivis copulatur.[1]) In N. To. pronomen *οἷος* omnino rarum neque ulla earum, quas attuli locutionum, in usu est.[2])

d) De numerali.

Numerale *δύο* non declinatum video 577 *δύο μηρῶν σπάσας*, id quod non cum veteribus modo,[3]) verum etiam cum posterioribus consentit scriptoribus[4]) praecipue etiam cum Atticistis, a quibus genetivi forma *δύο* declinatae praefertur (Schm. IV 587; Fritsch p. 4).

2. De verbo.

a) De verbi personarum terminationibus.

α) Optativi:

Formae aoristi primi activi ut omnibus linguae Graecae aetatibus, ita apud Atticistas sibi non constant,[5]) sed Aeolicae quae vocantur formae semper longe praevaluerunt. Deterioris *κοινῆς* scriptoribus Aeolicae formae paene incognitae sunt,[6]) ab elegantioribus vero e Polybii temporibus cum Atticae tum Aeolicae adhibentur;[7]) in papyris Aeolicae omnium usitatissimae sunt.[8]) In asino inveni has: *συνελάσειε* 597; *συγχωρήσειε* 618; *ποιήσειε* 622; *κατακόψειαν* 685; semel in tertia singularis persona formam Atticam 571 *ἐγκαλέσαι ἄντις* item apud Luc. in Hermot. 802 *ζημιώσαι ἄν* Pseudolog. 163 *οὐδ' ἂν διαρκέσαι*; dial. meretr. 300 *πιστεύσαι* ibid. 311 *ἐγχέαι, τάχιστ' ἂν ἐπιτρίψαι* pisc. 599; pro imag. 486 *ὅστις ἂν ἐπαινέσαι* similiter de paras. 874, 875, 881; patr. enc. 230, 230; de domo 191 [amor. 449; Charid. 622, 624, 633], sed omnibus reliquis locis ille Aeolicis utitur formis. Apud Xeno-

---

1) Guttentag de Tox. p. 66; de Aeliano cf. P. Thouvenin Philolog. 1895 nov. ser. VIII p. 619; W. Schmid III 87, 140, IV 71, 206.

2) Blaß l. l. 253; coniunctio *οἷα δὴ* praecipue Herodoti propria est (Böhner l. l. 51).

3) Kühner-Blaß I 633, 3.

4) Blaß pg. 12; Winer-Schmiedel 89, 11; Crönert 198; Kälker 332; Schmidt de Jos. 507; Reinhold 611; in inscriptionibus Atticis *δύο* non declinatum imperatorum Romanorum demum aetate apparet (Meisth. 157) in papyris genetivus *δύο* praevalet, Mayser 313.

5) W. Röder über d. Gebrauch der nichtäolischen optat. b. d. Attik. in Zeitschr. f. d. öst. Gymn. 1882 XXXVI 622 sqq.; Schmid IV 588.

6) Winer-Schmiedel 13, 19; Helbing p. 68; Thackeray p. 215.

7) Schmidt de Jos. 444 sq.; Kapff, Der opt. bei Diod. Sicul., Diss. Tübingen 1903 p. 16; Reik, Der opt. b. Polyb. u. Phil. v. Alexandrien, Diss. Tübingen 1902, p. 6, 96.

8) Radermacher p. 76; Harsing, De optativi in chartis Aegyptiis usu Diss. Bonn 1910 p. 14, 21; Crönert p. 212.

phontem Ephesium et Heliodorum in tertia singularis persona singulae formae Atticae occurunt.[1])

Pro optativi praesentis forma *εἴησαν* Attici plerumque formam *εἶεν* usurpant,[2]) eadem apud Luc. quoque usitata (pisc. 191; catapl. 620; de merc. cond. 688; d. mort. 350, 366; rhet. mag. 28 sqq.) in asino legitur 613. In papyris Ptolemaeorum aetatis plenior tantum forma *εἴησαν* occurrit,[3]) in papyris post Chr. n. scriptis semel forma *εἶεν* deprehenditur.[4])

β) indicativi.

Altera persona singularis praesentis et futuri medii ex Atticorum usu[5]) in *-η* cadit, numquam in *ει* velut 569, 623, 624, 588, 574.[6])

Lucianus interdum terminationem *-ει* admisit;[7]) in inscriptionibus inde a saeculo quarto formae in *-ει* increbrescunt[8]) sed primo a. Chr. n. saeculo evanescunt;[7]) etiam in papyris terminatio *-ει* pro *η* reperitur.[9]) In N. To. verbum *βούλομαι* tantum in *-ει* cadit.[10])

Tertia persona pluralis plusquamperfecti activi apud Atticos cadit in *-εσαν*;[11]) praeter hanc terminationem *κοινῆς* scriptores haud raro admiserunt vulgarem *-εισαν*,[12]) quae in N. To. una occurrit.[13]) Lucianus vicies quater Atticos sequitur, bis vero vulgari sermoni indulget *ἐξεπεπτώκεισαν* adv. indoct. 109: *ἐκεκράγεισαν* de mort. Peregr. 355[14]) contra (*ἐτεθήπεσαν* ibid.) item in asino *παρειστήκεισαν* 621 contra Attica legitur 623 *ἑαλώκεσαν*. Prima

---

[1]) Mann p. 6; Fritsch p. 5; etiam in altera singularis persona apud Luc. formae Atticae inveninutur (cf. Chabert l'atticisme de Lucien p. 110).

[2]) Kühner-Blaß I 221.

[3]) Mayser p. 326.

[4]) Harsing p. 22.

[5]) Stahl quaest. ad Thuc. pert. p. 61.

[6]) Codices consentiunt.

[7]) W. Schmid I 230, IV 589, male Schwidopius I 13 annot. censet terminationem *-ει* apud Luc. delendam esse.

[8]) Meisterhans[3] p. 38 sq.; Schweizer 60 sqq.; Crönert 36 sq.

[9]) Mayser p. 128, 328.

[10]) Winer-Schmiedel p. 13, 18, apud Xenoph. Eph. Heliod. Ach. Tat. formae *οἴει βούλει ὄψει* in usu sunt (Mann p. 6; Fritsch I p. 5; Sexauer p. 9).

[11]) Kühner-Blaß I 65; Phrynich 149 ed. Lobeck.

[12]) Schmidt de Jos. 439 sqq., 471; de Polybio et Plutarcho egit F. Hultsch Abh. d. sächs. Ges. d. Wiss. XIV 90 A; Crönert 210, 6; Reinhold 83; Helbing 68; Thackeray 216.

[13]) Winer-Schmiedel p. 13, 20; ab Herodiano terminatio *-εισαν* commendatur II 279, 9 ed. Lentz.

[14]) formam *συνεπεφύκεισαν* verhist II 138 Nilenius optimos codices secutus mutavit in *συνεπεφύκεσαν* (edit. Nil. p. 204).

et altera persona pluralis apud Luc. adversus Atticorum morem[1]) semper cadunt in -ειμεν, -ειτε ut ἐπεφροντίκειμεν Bis acc. 812; παρεληλύθειμεν ver. hist. II 126, ἐῴκειμεν ver. hist. I 101 sqq.; ἐλελήθειτε dial. mort. 404; ex asino memoranda sunt haec exempla ἐγεγόνειμεν 569; ἐδεδειπνήκειμεν 570; ἀναβεβήκειμεν 584.

Verbi εἶμι quod in asino ut in N. To. in compositis tantum in usu est[2]) imperfecti prima persona cadit in -α vel -ειν,[3]) in prima et altera pluralis personis formae ᾖμεν ᾖτε multo frequentiores sunt quam ᾔειμεν, ᾔειτε.[4]) A Luciano terminationes -ειν, -ειμεν, -ειτε solae adhibentur item in as. ἀπῄειν 568, 572, 575, 589, 598; ἀπῄειμεν 570, 605. Tertiae personae pluralis forma et Atticorum et posteriorum scriptorum more cadit in -εσαν[5]) ἀπῄεσαν 589, 591, 614 item multis locis apud Luc.

b) de temporum fictione.

Futuri Attici, quod vocatur, etiam in vulgari sermone vestigia reperiri dicit Lautensach p. 17; in N. To. eiusmodi formae sollemnes sunt in tertia persona pluralis,[6]) sed crebo sicut apud κοινῆς scriptores inveniuntur formae Attico usui repugnantes.[7]) Apud. Luc. plerumque formae vere Atticae occurrunt; vulgaris autem sermonis propriae sunt hae τελέσων fugit. 377; καλέσων Alex. 227[8]); ἐλάσω navig. 269; ἐλάσειν navig. 269;[9]) διαβιβάσειν Hipp. 68 similes in asino quoque deprehenduntur ἀπολέσων 602 (contra ἀπολεῖ 594); παρελάσειν 590).

Iam expromam verborum in -υμι formasab -ύω vel -άω ductas; ἀπώλλυε 598; ἐδείκνυε 617; ὑποζευγνύουσι 610; contra δείκνυσι 570, 620; ἀπεκρέμα 599; apud. Luc. praevalent formae in -ω, quae in imperfecto et infinitivo activi solae comparent ut ἐδείκνυε somn. 21; Philops. 50; ἐδείκνυν somn. 7; pisc. 578 sqq.; δεικνύειν Prom. 194; ἀναπεταννύειν cal. non tem. cred. 159; in reliquarum activi generis formarum usu sibi non constat; δεικνύουσι sacrif.

---

[1]) Kühner-Blaß I 65 aliter Krüger 830, 6 adnot.; codices consentire videntur.

[2]) Blaß p. 53, contra frequentatur ab ecclesiasticis (Reinhold p. 88).

[3]) Krüger p. 38, 3 adnot. 1.

[4]) Krüger 38, 3, 1.

[5]) Kühner-Blaß I 273; Buttmann p. 104, 2.

[6]) Winer-Schmiedel p. 106.

[7]) Schmidt de Jos. 447 sq.; Dieterich, Untersuchg. 244; Mayser 357.

[8]) hae duae formae apud veteres quoque scriptores hic illic in usu sunt (cf. Veitch greek verbs irregular and defective Oxford 1871 s. v.

[9]) Kühner-Blaß I 500; Lobeck parerg. 746; Moer p. 134 ἐλῶ Ἀ. ἐλάσω Ἑ. Heliodori exempla congessit Fritsch p. 6.

[10]) in N. To. forma ἀπολῶ semel occurrit 1 Cov. 1, 19; cf. Robertson p. 66; Buttmann p. 114.

534; de paras. 844; ἀπολλῦσι deor. dial. 234; δεικνὺς rhet. mag. 8 δεικνύων. In medio et passivo semper formae in -υμι sqq. reperiuntur. In sermone vulgari sicut apud Atticos scriptores[1]) et in inscriptionibus, medium et passivum si excipias, ambo illarum formarum genera usitata sunt; in papyris formae in -μι longe praevalent[2]); formae ἀπεκρέμα quoque similem legi πολλαὶ προδοσίαι . . , καὶ τὰς πύλας ἀναπετῶσαι cal. non tem. cred. 151.

Aoristos secundos passivi generis κοινῆς scriptores tantopere adamasse, ut eos saepe perperam pro primis usurparent docet Schmidt de Ios. p. 465 sqq. Atticistis huiusmodi aoristi elegantiae Atticae esse videbantur;[3]) sic enim accipiendum est Moeridis praeceptum (p. 191): *Καταλεγεὶς Ἀττικῶς, καταλεχθεὶς Ἑ.* Ac Lucianus quoque compluribus lôcis excessit Atticorum fines;[4]) quos in asino repperi aoristos, eosdem iam Attici adhibuerunt: φανῆναι 579; διαφθαρῆναι 583; ἀποπνιγείη 594; τὸ κλαπὲν ἀνάθημα 609.

Verba in -έω ex Atticorum consuetudine contrahuntur καλοῦσι 580, ἡδούμην 621 sqq.; a posterioris aetatis scriptoribus etiam formae non contractae adhibentur;[5]) similiter in asino cum Attico usu minus congruit forma προσδέουσι 607 (= alligant)[6]) semel apud Luc. quoque consimilem legi in dial. deor. 207 ὑποδέου χρυσίδας.

Participii ἑστώς octo exempla observavi: nominativum singularis masc. gen. ἑστὼς 583, 589, 603, 605, 608, 621; fem. gen. ἑστῶσα 617 accusativum masc. gen. ἑστῶτα 582; longioris formae genetivum pluralis masc. gen. 605 ἐκ τῶν περιεστηκότων θεατῶν. Apud Atticistas ut apud Atticos et κοινῆν scriptores et longiores et breviores formae occurrunt.[7]) Apud Iosephum et in N. To. participium ἑστὼς usitatius est.[8]) In papyris et verbum simplex et composita pleniores tantum formas in -κώς exhibent;[9]) in inscriptionibus Atticis inde ab ineunte saeculo quarto formae

---

[1]) Krüger 36, 9, 2; La Roche, Zeitschr. f. d. öster. Gymn. 1876, 584 sqq.; Radermacher p. 81; Buttmann p. 107.

[2]) Mayser p. 352.

[3]) W. Schmid III 36, IV 585; H. Hürth de Gregorii Nazianzeni orationibus funebr., Diss. 1908, p. 84; Fritsch de Heliod. 7; Sexauer p. 11.

[4]) W. Schmid IV 594.

[5]) Böhner de Arriano p. 18; Lobeck ad Phrynich. 220 sq.; Mullach 257; Buttmann p. 105; Winer-Schmiedel p. 13, 3; Reinhold 84 sq.; Fritsch p. 6; Antiatticista p. 94 (ed. Bekker) ἐδέετο ἀντὶ τοῦ ἐδεῖτο.

[6]) cf. Stephan. thes. linguae Graec. s. v.; male Cobetus var. lect. p. 83 hanc formam mutat in προσδοῦσι; Krüger p. 32, 3, 2.

[7]) W. Schmid III 40 sq., IV 36 sq., 596.

[8]) W. Schmidt de Ios. 481 sq.; Radermacher p. 24.

[9]) Mayser p. 371.

per κ scriptae solae exstant.[1]) Apud Luc. ut in asino verbi simplicis forma brevior una legitur in omnibus casibus velut *ἑστὼς* dial. mort. 364, 406; Icaromen. 759 sqq.; *ἑστῶτος* de salt. 313; *ἑστῶτι* conviv. 425; Hermot. 750; *ἑστῶτα* Lexiph. 338 sqq. uno loco excepto *ἑστηκότα ἀνδριάντα* Philops. 45. Feminini generis forma occurrit nulla. In verbis compositis ille sibi non constat: singularis masculini generis formae fluctuant, in plurali novies breviores in usu sunt, ter longiores *διεστηκότες* imag. 467; *ἀνεστηκότες* fugit. 377; *συνεστηκότας* Menipp. 476; in feminini singulari et plurali breviores tantum usurpantur: *ἀφεστῶσα* quom. hist. conscr. sit 15, *παρεστῶσα* de domo 202; Anach. 919 [Amor. 414]; in neutro singularis longiores solae *ξυνεστηκὸς* Iup. trag. 660; cal. non tem. cred. 126; rhet. mag. 33; de dips. 234; in plurali ambae formae *τὰ ὑπερανεστηκότα* Icaromen. 765; *διεστηκότα* ibid. 758; *τὰ καθεστῶτα* rhet. mag. 22; Nigr. 56.[2])

Pluralem aoristorum *ἔθηκα, ἔδωκα, ἧκα* constat saepius inter veteres scriptores apud Euripid. Xenoph. Demosth. obvium esse, raro apud ceteros scriptores[3]) et in tertia persona pluralis saepius quam in prima et altera; in vetustiorum temporum inscriptionibus *ἔθηκαν, ἔδωκαν, ἧκαν* omnino non inveniri,[4]) sed post 385/84 a. Chr. n. hic illic usurpari, inde ab anno 300 usque ad 30 non adhiberi nisi formas per κ scriptas, imperatorum Romanorum vero aetate *ἔθηκαν* sim. promiscue elucet e sermonis monumentis;[5]) nec minus inconstans est *κοινῆς* scriptorum usus;[6]) deterioris autem *κοινῆς* formae per κ scriptae solae propriae sunt.[7]) Ac ne Atticistae quidem hac in re nimis anxie gessisse sese videntur.[8]) In N. To. in indicativo omnes formae κ exhibent praeter unam, quae tamen apud scriptorem Graecis litteris tinctum eaque semel reperitur *παρέδοσαν* (Luc. 1, 2)[9]) eandem in asino scriptam video 613 verum decies in asino formae per κ scriptae inveniuntur *ἔδωκαν* 609; *ἀπέδωκαν* 609; *ἀφῆκαν* 586, 593, 610; *ἐπέθηκαν* 586,

---

1) Lautensach p. 20 sq.; Meisterhans³ 189, 8.

2) Polybius et in masculino et in neutro breviores formas adhibet, in feminino pleniores (A. Eberhard observationum Polybianarum particula, Diss. Berlin 1862, p. 38).

3) Kühner-Blaß I 196; Krüger 36, 8, 1; Moer. p. 10 *ἀπέδομεν, ἀπέδοτε, ἀπέδοσαν Ἀττικῶς ἀπεδώκαμεν* sqq. *Ἑλληνικῶς*.

4) at in inscriptione sexti saeculi votiva semel legitur *ἀνέθηκαν* (corp. inscript. Att. IV 1 b, 373, 180).

5) Meisterhans-Schwyzer p. 188 sqq.

6) W. Schmid de Jos. 479 sq.

7) W. Schmid IV 596; Crönert 240; J. Vogeser, Zur Sprache d. griech. Heiligenlegenden, Diss. München 1907, p. 16 sq.

8) W. Schmid III 38.

9) Buttmann p. 107, 8.

590; παρέθηκαν 585; κατέθηκαν 588, 590; similibus Lucianus quoque utitur κατέθηκαν de luct. 926; ἀνεθήκατε tyrannicid. 156; ἔδωκαν Tox. 560; ἐδώκατε tyrannicid. 151; ἐνεδώκατε Hermot. 815; καθήκαμεν ver. hist. II 105.

Futura tertia primorum loco posita pro atticismo habebantur[1]) (Moer. p. 208 κεκλείσεται μόνως Ἀττικῶς) in asino duo repperi πεπράξεται 608 (eadem forma legitur in dial. mar. 314; deor. dial. 263) τεθνήξομαι 603 contra Attici scriptores forma activa τεθνήξω utebantur, sed eos qui Atticam elegantiam consequi studerent, medii tantum formam adhibuisse probat Schmid I 242.

Verbi φέρω participium aoristi primi activi occurrit 621 παρενέγκαντες. In inscriptionibus participium ἐνέγκας nisi ab anno 350 non invenitur,[2]) a Luciano semel usurpatur in conviv. 429 ἐνέγκαντος aliis locis (octies) participium aoristi secundi ponitur[3]) (κατενεγκόντος somn. 6; dial. meretr. 316; dial. deor. 225; περιενεγκὼν Pseudolog. 179; Gall. 731; Alex. 247; de lapsu 734) idem in asino 600 συνενεγκὼν. In N. To. et in papyris forma ἐνεγκὼν participio ἐνέγκας plane expulsa est.[4])

Pro forma οἴομαι semper contractam οἶμαι scriptam videmus 579, 610, 611, 623; apud Atticos utraque deprehenditur[5]) in papyris semper fere οἶμαι.[6]) Apud Luc. ducenties quinquagies contractam legi, octies non contractam οἴομαι deor. dial. 266; dial. mort. 397; pisc. 593; de paras. 837, 839; de salt. 287; pro imag. 494; Abdic. 161; in imperfecto apud Atticos non forma ᾠόμην, sed ᾤμην in usu est.[7])

Lucianus uno loco excepto (abdic. 161 ᾠόμην [amor. 445]) Atticam formam solet adhibere (tricies ter), quae in asino quoque una reperitur 608, 624.

Forma δέδοικας apud Atticos perrara (Soph. Trach. 457; Ar. vesp. 628; Thesm. 202) in as. 592 occurrit eadem in Luc. Demonacte 388; pro hac posterioris aetatis scriptores formam δέδιας usurpant, quae plerumque apud Luc quoque legitur de luct. 930; vit auct. 547; pisc. 594; Gall. 735; deor. dial. 250 (Veitch greek verbs irregular and defective Oxford 1879 p. 195); in plusquam-

---

[1]) W. Schmid I 95; ab elegantioribus κοινῆς scriptoribus eiusmodi futura non aliena sunt (Schmid IV 608).

[2]) Meisterhans-Schwyzer p. 183, 5; 189, 3.

[3]) Ambas huius participii formas Atticas esse testatur Greg. Corinth. p. 149 τὸ ἤνεγκα διχῶς λέγουσι καὶ ἤνεγκον καὶ ἤνεγκα; cf. etiam Kühner-Blaß I 560.

[4]) cf. Winer-Schmiedel 13, 13; Mayser p. 393; apud Heliodorum bis forma ἤνεγκα exstat (Fritsch p. 9).

[5]) Kühner-Blaß II 499; Moer. p. 260 οἶμαι καί οἴομαι Ἀ. νομίζω Ἑ.

[6]) Mayser p. 350.

[7]) Kühner-Blaß II 499.

perfecto apud Luc. brevior forma ἐδεδίειν in usu est (Philops. 49, 62; Bisacc. 800; Heracl. 85; vot. 274; Jup. trag. 656) quae in as. 621 reperitur; contra semel asini auctor, sermonem ut variaret, longiorem ἐδεδοίκειν ascivit, quam apud Luc. vidi in Icaromen. 754. Participii brevior forma δεδιὼς in as. apparet 607, 619 eadem plerumque a Luciano adhibetur (duodecies) bis vero ut saepe a posterioris aetatis scriptoribus[1]) longior δεδοικὼς (de paras. 864; cal. non tem. cred. 143).

c) De augmento.

Apud Atticos verba δύναμαι, βούλομαι, μέλλω saepius augmento ε instructa sunt quam η.[2]) Veteres grammatici id minime consentiunt. Moeris enim dicit (p. 161) ἤμελλον, ἠβουλόμην, ἠδυνάμην διὰ τοῦ η Ἀττικῶς διὰ τοῦ ε Ἕ. Contra Herodianus eiusmodi formas barbariam esse contendit (II 326, 5 ed. Lentz), Thomas Magister (p. 130, 11) utrumque augmentum in usu fuisse fatetur. In inscriptionibus Atticis ante a. a. 300 a. Chr. n. constanter augmentum syllabicum ε deprehenditur, inde ab illa aetate paulatim η magis magisque obtinet, ut postremo augmentum ε evanescat.[3]) A deterioris κοινῆς scriptoribus augmentum η praefertur[4]) praecipue in verbis δύναμαι, μέλλω. In libris LXX et in N. To. verbum βούλομαι augmentum ε solum fere praebet, δύναμαι et μέλλω et η et ε exhibent.[5]) Atticistarum ei, qui quidem maiore diligentia uterentur augmentum η in praeteritis illorum verborum non admiserunt nisi nonnumquam in verbis δύναμαι et βούλομαι.[6]) Lucianus verbum μέλλω semper augmento ε exornat (tricies quinquies) item asini auctor ἔμελλον 608; ἔμελλε 590 verbum δύναμαι plerumque augmento ε (vicies quinquies) octies η,[7]) sed his locis[8]) praeter Peregr. mort. 358; Cronos. 389 iuxta augmentum ε comparet; similiter in asino ἐδύνατο 600; ἐδυνάμην 616; ἠδυνάμην 597.

In verbo βούλομαι apud Luc. augmentum ε sollemne est; in asino augmentum η iuxta ε comparet ἠβουλόμην 581; ἐβούλετο 602; sicut in [Dem. enc.] 515; ἠβουλόμην 522; ἐβούλετο.[9])

---

1) W. Veitch l. l. p. 170.

2) Stahl quaest. ad Thucyd. pertinent. p. 60.

3) Lautensach p. 4; Schweizer 173 adn. 4; Meisterhans-Schwyzer 169, 3.

4) Radermacher p. 70; Dieterich, Untersuchungen p. 212.

5) Helbing p. 71; Thackeray 198; Blaß 37; Winer-Schmiedel 812, 3.

6) W. Schmid III 33; IV 28, 590.

7) Sic in melioribus codicibus videtur scriptum esse.

8) Dial. mort. 360, 407, 440; conviv. 418; dial. mar. 290, 301; Jup. trag. 661; catapl. 660; quom. hist. 51; conviv. 450; dial. mar. 293; Jup. trag. 684; catapl. 650; quom. hist. 46.

9) sic melioribus codicibus traditur.

Verbum ἐθέλω in asino sicut apud Luc. et in N. To. semper augmentum η praebet[1]) ἤθελον 603, 609; ἤθελε 589, 602.

Praesens huius verbi modo habet formam ἐθέλω, quae in inscriptionibus Atticis inde ab a. 250 a. Chr. n. invenitur,[2]) modo formam θέλω. Forma θέλω ad hiatum evitandum usurpatur ut 575 αὐτὴ θέλεις similiter 576, 596, 596 post consonantes semper ponitur forma plenior ἐθέλω ut 574, 576, 578, 602, 602 (hic ultima prioris vocis littera elisione facile tolli potest). Lucianus eandem, quae est in asino, iniit rationem: post consonantes centies quadragies septies longior forma occurit, post vocales, quae elidi non possunt, quinquagies bis θέλω, sed aliquotiens a se ipse descivit, cum duodevicies hiatum passus sit (Herm. 823 εἰ ἐθέλοις ibid. 761, 769, 817, 760; deor. dial. 226; dial. mar. 317; Phalar. I 200; ver. hist. II 114; deor. conc. 535, 538; adv. indoct. 99; vot. 265; Pseudolog. 165, 520; Scyth. 870; ep. Sat. 412; quom. hist. conscr. 34; Octies vero brevior forma θέλω ponitur, ubi longiorem exspectaveris (Hermot. 814; deor. dial. 207; abdic. 176, 186, 181; cal. non tem. cred. 145; dial. meretr. 308, 287).

In eo quoque asini auctor cum Luc. consentit, quod verbum βούλομαι iuxta formas ἐθέλω vel θέλω adhibet.[3])

Augmentum temporale ηυ apud Atticos in praeteritis verborum ab ευ incipientium testibus grammaticis[4]) et inscriptionibus[5]) usitatum in inscriptionibus post a. 300 a. Chr. n. ortis desideratur.[6]) In asino verbum εὑρίσκω sicut apud Luc. numquam augmento temporali instructum est εὕρομεν 593; εὗρεν 607; εὗρον 609; εὕρηκε 604; εὑρηκέναι 608 contra verbum εὔχομαι 592 ηὔχετο hoc vocabulum apud Luc. semper augmentum η praebet (ut conviv. 438; catapl. 631, 633; dial. mort. 378). Apud κοινῆς scriptores verbum εὑρίσκω augmentum temporale numquam, εὔχομαι plerumque exhibet.[7]) In N. To. praevalet ευ,[8]) iuxta hoc legitur ηυ, sed verbum εὔχομαι augmentum ηυ tantum habet.[9]) In Graecorum huius aetatis sermone augmenti ηυ nullum iam vestigium est.[10])

---

[1]) Robertson p. 19; Winer-Schmiedel § 12, 3; Blaß § 15, 3; Luc. in Lexiph. 337; Tox. 526, 556; ver. hist. 86 sqq.

[2]) Meisterhans-Schwyzer p. 178, 23.

[3]) Funk, Philolog. Suppl. X p. 580.

[4]) Moeris p. 161; J. Stahl, hist.-kritisch Syntax p. 59 sqq.

[5]) Meisterhans-Schwyzer 171; Lautensach p. 5.

[6]) Schweizer 173; in papyris augmentum ηυ rarum est (Mayser 335).

[7]) Schmidt de Jos. 456; W. Schmid III 29 annot. 19.

[8]) Blaß 47; Winer-Schmiedel § 12, 5.

[9]) Buttmann § 84, 2; Winer-Schmiedel § 12, 5.

[10]) Hatzidakis Einleitung 68 adn. 1; in ceteris eiusmodi verbis Lucianus fluctuat inter ηυ et ευ cf. Alex 230; pro imag. 499; de paras. 861; dial. mar. 391.

In verbis ab *οι* vel *αι* exordientibus augmentum temporale semper ponitur et apud Luc. et in as. ut *ᾤκει* 594, 604 sqq.[1])

Verbi *ἁλίσκομαι* aoristi forma apud Atticos et *ἑάλων* et *ἥλων* occurrit,[2]) in inscriptionibus sola forma *ἑάλων* reperitur,[3]) quam Lucianus quoque unam adhibet (*ἑαλώκει* Tox. 548; de mort. Peregr. 363; Eunuch 358 sqq. eadem in asino legitur 594 *ἑάλωμεν*.

Verbum *ὠνέομαι* apud Atticos utitur aoristo passivi *ἐωνήθην*, in asino cognovi aoristum medii augmento syllabico carentem *ὠνήσαντο* 604.[4]) Qui usus eximie convenit cum Luciani dicendi genere, qui semper usurpat aoristum medii remoto augmento syllabico; huc spectant haec exempla *ὠνησάμην* Hermot. 825; vit. auct. 557; dial. mort. 341; vot. 261, 262, 262; *ὠνήσω* dial. mort. 342; *ἐξωνήσατο* de mort. Peregr. 332. In inscriptionibus non solum forma *ὠνησάμην*, sed etiam *ἐωνησάμην* reperitur.[5])

Plusquamperfecti formas augmento carentes video has a) activi in verbo composito *ἀναβεβήκειμεν* 584; in formis *ἐληλύθει* 617 et *προεληλύθει* 617 apud ipsos Atticos augmentum *η* numquam fere deprehendas,[6]) apud Luc. nullo loco.

b) passivi *ἐπιλελήσμην* 579; *κεκόμιστο* 618 sed in plerisque formis augmentum non deest ut 570, 575, 575, 585, 591, 591, 592, 596, 602, 620, 621. In inscriptionibus Atticis augmentum syllabicum in plusquamperfectis numquam, in papyris raro omittitur,[7]) saepe apud *κοινῆς* scriptores,[8]) a N. To.[9]) paene prorsus abest; ceterum ne apud Atticos quidem [10]) augmenti neglecti desunt exempla. Apud Luc. in verbis compositis augmentum crebrius deest quam in simplicibus.[11])

Verbum *χρή*, quod apud inferioris *κοινῆς* scriptores paene plane deest,[12]) apud Atticos imperfecti forma *χρῆν* et *ἐχρῆν*

---

[1]) Codices non variant.

[2]) Kühner-Blaß I 361; Schmid IV 28; Moer. 198, 11 *ἥλω καί ἑάλω Ἀ. ἐλήφθη Ἑ.*

[3]) Meisterhans [3] p. 170, 5; Lautensach p. 5.

[4]) Phrynich. p. 212 sq. ed. Lobeck.

[5]) Schweizer p. 170; Crönert 283; apud Achillem Tatium una forma *ἐωνησάμην* comparet (Sexauer p. 15).

[6]) Krüger 28, 6, 2.

[7]) Meisterhans [3] p. 170, 6; Lautensach 21; Mayser 333.

[8]) W. Schmid IV 591; Schmidt, De Jos. 438; Hatzidakis 63; Cohn, De Philone XLIX (Breslauer philol. Abh.); Reinhold 62 sq.; Crönert 209.

[9]) Radermacher p. 69; Winer-Schmiedel 812, 4; Blaß p. 39.

[10]) W. Schmid I 83; J. Stahl, Quaest. ad Thuc. pertinentes p. 59; Kühner-Blaß II 21, 9 augmenta restituenda esse censet.

[11]) Schmid I 228.

[12]) Ibid. IV 592; Sophocles greek lexic. s. v. Buttmann [8] 131, 3.

utitur.[1]) Lucianus semper usurpat formam ἐχρῆν,[2]) quae in asino quoque legitur 596.

Forma ἐκάθητο magis κοινῆς διαλέκτου videtur propria esse,[3]) cum ab Atticis scriptoribus maxime καθῆστο adhibeatur;[4]) in N. To. forma ἐκάθητο usitatior est.[5]) Lucianus bis formam καθῆστο usurpat (Philops. 53 Demon. 522), quae in asino occurrit 569, 588; semel ἐκάθητο in paras. 861; altera persona ἐκάθησο invenitur in Tim. 107; dial. deor. 214.

d) Iam has singulas propono formas apud Atticos scriptores inusitatas:

α) substantivorum: ἔρῳ pro ἔρωτι scribitur 602; quae forma antiquitus ab epicis maxime usurpata vulgaris sermonis propria est;[9]) contra ἔρωτι scriptum videmus 571. 592; apud posteriores tantum scriptores deprehenditur forma ῥίν 580 pro ῥίς.[6])

β) verborum: 1. in-ω: πονέσῃ pro πονήσῃ 577; in praeteritis verborum in-έω cadentium fingendis in sermone communi haudraro vocalis ε non mutatur in η.[7])

Forma πρώσας 577 (ἐπίπρωσον 578) pro προώσας (ἐπιπρόωσον) Atticis incognita in technicis gymnasii vocabulis videtur numeranda esse;[8]) ἁρπάξαι[9]) pro ἁρπάσαι 603 contra ἁρπάσας 586; διαρπάσαντες 603 eius modi formae in cotidiano sermone studio quodam adhibentur,[10]) similes apud Luc. quoque animadverti ἔπαιξα deor. dial. 218;[11]) κωμάξατε de salt. 274.

ζήσεται pro βιώσεται 596, quae forma apud Luc. in parasito 849 ter occurrit, posterioris sermonis est,[12]) in aoristo quoque Lucianus vulgarem formam admisit ἀπεζήσαμεν dial. meretr. 293; ζῆσαι alex. 263.

ἀπηγορευκὼς pro ἀπειρηκὼς 587;[13]) Lucianus formam atticam

---

[1]) Kühner-Blaß I 222; O. Lautensach, contendit tragicos poetas praeferre χρῆν comicos ἐχρῆν Gramm. Stud. zu d. griech. Trag. 1899 p. 159.

[2]) Remacly observ. in Luc. Hermot I 18 item Aelian. (Schmid III 35) et Philostrat (Schmid IV 30).

[3]) Winer-Schmiedel 8 12, 6; Buttmann 8 114 s. v.

[4]) Winer 8 l. l.; Blaß 57; Robertson 87.

[5]) cf. W. Schmid I 226; ibid. p. XVIII, IV 586 adn. 13.

[6]) Schmid I 226; Steph. thes. linguae Graec. s. v.

[7]) Kühner-Blaß p. 526; Schmid IV 602; Helbing 87, 111; Winer-Schmiedel p. 13, 3.

[8]) Stephan. thesaur. l. gr. s. v. Kühner-Bl. 576.

[9]) e poetis similia quaedam exempla affert Kühner-Bl. 375.

[10]) Mullach 264; Radermacher 74; Melcher de Epicteto 4 (c).

[11]) Lobeck ad Phrynich 240; Rutherford the new Phrynichus 91, 113 sq.

[12]) Kühner-Blaß I 436; Wiener-Schmiedel p. 13, 8.

[13]) Veitch l. l. p. 8 sq.; Kühner-Blaß I, 436; Winer-Schmiedel l. l.

semel adhibet ἀπείρηκα Icaromen. 775 omnibus reliquis locis vulgares passus est formas: ἀπηγόρευκα Cronos. 386 deor. dial. 277; deor. dial. 213 ἀπαγορεῦσαι rhet. mag. 10; Anach. 919; de merc. cond. 685; ep. Sat. 404; Icaromen. 778; vot. 256. συναποδράσαντος[1]) pro συναποδράντος (contra ἀποδρὰς 607).

2. in -μι: ἤμην pro ἦν 582; 614 haec forma veteribus scriptoribus non prorsus incognita[2]) in N. To. iuxta formam ἦν invenitur[3]) ac ne Lucianus quidem ea abstinuit (dial. mort. 446; ver. hist. II 123; dial. mar. 293).

οἶδας pro οἶσθα 579; quae forma in N. To. una exstat,[4]) apud Luc, legitur in dial. mar. 325; catapl. 622; epigr. 47, 4.[5])

Universum formarum usum spectantibus concedendum est plura quam in aliis libris vere Lucianeis sermonis vulgaris reperiri vestigia, sed perraro asini auctor fines a Luciano constitutos egreditur, namque omnes fere illae formae etiam a Luciano sunt adhibitae. Ac primum quidem memorabo eas formas, quae apud ipsum Lucianum solae comparent. Huc spectant formae ἀνθέων, ὠνησάμην, praeterita verbi εὑρίσκω augmento temporali carentia, τεθνήξομαι. Quibus adicio eas, quarum apud Luc. quoque compluribus vel binis saltem locis similes reperiuntur ut ναός, ἑαυτοῦ pro ἐμαυτοῦ sqq., ἤμην οἶδας, ἀπηγορευκώς, ζήσεται, παρελάσειν, ἀφῆκαν, ἐπέθηκαν, παρέθηκαν, κατέθηκαν, πλείω adverbii loco usurpatum, etiam formae contractae προσδέουσι et formae contractae φονεῖς singulis locis similem vidi.

Mirus est Luciani cum asini auctore consensus in praeteritis verborum χρή, κάθημαι, οἶμαι, εἶμι, μέλλω, δύναμαι, ἐθέλω, ἁλίσκομαι usurpandis, in frequentandis Aeolici optativi formis, in utenda optativi forma verbi εἰμί, in temporibus verborum in -υμι cadentium fingendis, in adhibendo participio perfecti verbi ἵστημι, in verbo βούλομαι cum ἐθέλω vel θέλω commutando, in futuris tertiis primorum loco positis, in adhibendis verbi defectivi δείδω formis.

Luciani ut ceterorum Atticistarum maxime propria est pronominis indefiniti pluralis forma ἄττα; tum litterati hominis est pronomen reflexivum σφῶν αὐτῶν usurpatum et comparativi forma θᾶττον.

---

[1]) Kühner-Blaß I 400; Lobeck ad Phrynich. p. 737; in cataplo 623 deteriores tantum codices formam ἀποδράσαντος praebere videntur.

[2]) Krüger p. 38, 2, 1; a grammaticis vetatur Moer. p. 158 ἦν Ἀ. ἤμην Ἑ.

[3]) Winer-Schmiedel p. 14, 1; Radermacher p. 82.

[4]) Winer-Schmiedel p. 14, 7.

[5]) formam οἶδας Atticam esse contendit Herodianus II 559, 43 ed. Lentz: οἶσθα, οἶδας ἑκατέρως Ἀττικῶς.

Aliquotiens autem et formae vulgares et mere Atticae simul comparent, ut ille consulto ab Atticorum exemplaribus videatur recessisse ut *ἔρῳ* scriptum videmus 602 contra *ἔρωτι* 571, 592 (cf. p. 23) *ἁρπάξαι* 603 contra *ἁρπάσας* 586; *διαρπάσαντες* 603; *συναποδράσαντος* 596 contra *ἀποδράς* 607; *παρενέγκαντες* 621 contra *συνενεγκὼν* 600 (cf. p. 19) *ἀπολέσων* 602 contra *ἀπολεῖ* 594; *ἔδωκαν* 609; *ἀπέδωκαν* 609 contra *παρέδοσαν* 613; *ἠβουλόμην* 581; *ἐβούλετο* 602; in plusquamperfecti formis ter augmentum deest, at duodecies ponitur (cf. p. 22 sq.); in tertia persona pluralis plusquamperfecti activi semel vulgaris terminatio *-εισαν*, semel Attica *-εσαν* adhibetur. Quid mihi inde sequi videatur, non prius enuntiabo quam quomodo in syntaxi ille se gesserit exploravero.

Eae denique formae, quarum frustra similes quaeras apud Lucianum, multo pauciores sunt quam primo quasi obtutu videntur esse; namque praeter formas *ἔρῳ συναποδράσαντος*, quarum simul Attica occurrit (v. supra), duae desunt in Luciani libris: *πονέσῃ*, *ῥίν* cuius vocabuli nominativus apud Luc. nusquam legitur; contra formae *πρῴσας, ἐπίπρωσον* technicis gymnasii vocabulis sunt adnumerandae, ut nihil habeant offensionis.

C. De iis, quae ad syntaxin pertinent.

1. De nomine.

a) De genere.

α) adiectivi: Neutri generis adiectiva (vel participia) articulo in substantivorum formam redacta ut a Luc. sic in asino frequentissime usurpantur[1]) *τὸ πάλαι μοι ζητούμενον* 572, 578; *τὸ λοιπὸν τῆς ὁδοῦ* 590; *τὸ μέσον τῆς ἡμέρας* 584; *τῆς βασάνου τὸ δεινὸν* 594, 598, 599, 600, 601, 603, 606, 608, 612, 613, 616, 617 sqq.

Inter veteres scriptores iam Herodotus Thuc. Plato hoc dicendi genus in usum suum converterunt,[2]) quos Polybius,[3]) Philo,[4]) Iosephus,[5]) Ptolemaeus,[6]) Atticistae[7]) secuti sunt. Ex inscriptioni-

[1]) W. Schmid I 233, IV 608.

[2]) cf. M. Kohn, De usu adiectivorum et participiorum pro substantivis, Berlin 1891, p. 5 sqq.

[3]) Kälker, Leipz. Stud. III p. 282.

[4]) Wendland, Philos Schrift über die Vorsehung p. 114; Cohn, Breslauer phil. Abh. IV p. LI.

[5]) W. Schmidt, De Ios. 362.

[6]) Boll, Jahrb. f. kl. Philol. Suppl. 21 p. 173.

[7]) Schmid I 49, 233; II 34; III 45; IV 41, 608; Bernhardy p. 326.

bus Kaelkerus[1]) unum affert exemplum, e papyris memoro haec: Oxyrhynch. pap. VI 929, 3 (II. saec. p. Chr.) et Nini fabul. col III 32.

Ad recentioris aetatis scriptorum consuetudinem adiectivum *ἔσχατος* structurae praedicativae loco genetivus substantivi insequitur[2]) 608 *εἰς ἔσχατον ἤνεγκε κινδύνου* simile exemplum apud Luc. cognovi *πρὸς ἔσχατον πενίας ξυνελάσοντας* adv. indoct. 120.

Contra Atticorum pedestris orationis scriptorum morem[3]) adiectivum *ἀνθρώπειος* ut apud Philostratum[4]) duas habet terminationes. Hic usus poetarum maxime proprius in atticismis videtur numeratus esse;[5]) apud Luc. adiectiva in *-ειος* saepius duas quam tres exhibent[6]) terminationes; idemque quater eodem modo ab Attica regula discessit[7]) cum adiectiva *ἀργός, δῆλος, κόσμιος, Βάκχιος* duabus terminationibus instruxit.[8])

β) substantivi: Nomina quaedam forma masculina non mutata feminini generis sunt ut *τὴν ἄνθρωπον* 619; *τῇ θεῷ* 605, 609; *τὴν θεὸν* 605, 606, 608, 609; in sermone cotidiano forma *θεὰ* in usu est;[9]) in N. To. ambae formae occurrunt;[10]) Atticistae formam *θεὸς* unam in litteras inducere studuerunt.[11])

Vox *φάρυγξ* masculini generis est 606 *ἐκ τοῦ φάρυγγος* ut apud Epicharmum, Euripidem saepiusque in sermone vulgari;[12]) simile exemplum e Luc. quoque potest proferri *μεγάλοις δοκοῖς* ver. hist. 105.

b) De numero.

α) Pluralis modestiae qui dicitur haec afferam exempla: *ἡ δὲ ὀσφὺς ἡμῖν ὑγρῶς ἐπικινεῖται* 573 item 618. Qui pluralis ut apud Atticos scriptores, qui quidem soluta utantur oratione rarissimus[13])

---

[1]) l. l. p. 302 Meisterhans[3] nihil tale memorat.

[2]) Buttmann p. 125, 6

[3]) Kühner-Blaß p. 536 adn. 2.

[4]) Schmid IV 42.

[5]) ibid. III 46.

[6]) O. Wilhelm, Der Sprachgebrauch Lucians hinsichtlich der sogen. Adjektiva dreier Endungen auf *-ος*, Progr. Koburg 1892, p. 43.

[7]) Kühner-Blaß p. 536 adn. 2.

[8]) ibid. qui usus etiam elegantioribus *κοινῆς* scriptoribus nequaquam incognitus est (cf. W. Schmid IV 608; Schmidt, De Ios. 502; Wendland l. l. 113; Cumont, Phil. de aet. mund. praef. XVII.

[9]) Thieme, Die Inschriften von Magnesia und das N. T., Göttingen 1905, p. 10 sq.; Nachmanson l. l. p. 126.

[10]) Winer-Schmiedel p. 8, 3.

[11]) Robertson l. l. p. 32; Moulton, Einleitung in die Sprache des N. T., 1911 p. 90.

[12]) cf. Phrynich. ed. Lobeck *ὁ φάρυγξ ἀρσενικῶς μὲν ὁ Ἐπίχαρμος λέγει, ὁ δὲ Ἀττικὸς ἡ φάρυγξ* (p. 65); Euripid. Cyclop. p. 215; Lobeck ad Phrynich. p. 65; Schmid IV 613.

[13]) W. Schmid I 88.

— ab oratoribus paene prorsus abest — ita in vulgari sermone tritissimus est [1]) atque etiam ab atticistis frequentatur.[2])

β) Abstractorum nominum plurali, quo antiquitus praeter poetas [3]) Isocrates [4]) et Plato [5]) maxime sunt delectati in asino Attico more plures res significantur: *ἐν ταῖς ἡδοναῖς καὶ παιδιαῖς* 579; *ταύταις ταῖς θεραπείαις* 575; *ἐν γάμοις πλουσίων νυμφίων* 596; sqq. vel plures modi *ἄξιον κρημνοῦ καὶ θανάτων ἄλλων* 591.

Id genus pluralis etiam apud *κοινῆς* scriptores usitatum est,[6]) quin a nonnullis eorum unius hiatus evitandi causa adhibetur. Auctor eius qui *περὶ ὕψους* inscribitur libri monet, ne quis nimis eum pluralis usum amplectatur; dicit enim in cap. 23, 4 *τὸ πανταχοῦ κώδωνας ἐξῆφθαι λίαν σοφιστικόν.*

γ) Numeri dualis, qui post Alexandri aetatem ex inscriptionibus Atticis magis magisque abolevit [7]) ac postremo e vulgari sermone prorsus evanuit, ab Atticistis redintegratus est.[8]) In asino una dualis forma exstat *ἄμφω ταῦτα* 594, 614, 614, 622; huius munia in inscriptionibus Atticis in libris LXX, in N. To., in papyris pluralis *ἀμφότεροι* explet.[9]) Xenophon Ephesius nullum dualis exemplum praebet (Mann p. 11) complura Heliodorus (Fritsch 10) Achilles Tatius (Sexauer 18) Basilius Magnus (Trunk 6), pauca Synesius (Fritz 72, 98) plurima Clemens Alexandrinus (J. Scham, Der Optativ bei Kl. v. A., Diss. Tübingen 1912, p. 38 sqq.) et Agathias (Reffel p. 11).

δ) Singularem collectivum e *κοινῆς* scriptorum sermone sublatum video [10]) 611: *τῷ φυτῷ ὕδωρ ἐπήγαγε* 614 *τὸ δὲ δέρμα ἐπανθούσῃ τῇ τριχὶ ἀπέστιλβεν.* Ab Homero et Hesiodo huius vocis

---

[1]) W. Schmid III 48; Blaß 162, 4; Mann p. 11; Fritsch p. 10; Sexauer 19; Tröger, De Ps. Longino p. 21.

[2]) Schmid I 224; IV 608; II 36; III 48.

[3]) Kühner-Gerth II 17.

[4]) v. Rehdantzii indicem.

[5]) Stallbaum, Ad Plat. Crit. 46 C; ad Protag. 310 C; ad Lys. 205 C; Bernhardy 62; Astii lexic. Plat. s. v. *θεραπεία, θάνατος, γάμος, παιδιά, ἡδονή.*

[6]) Blaß p. 87; Wiener-Schmiedel p. 253; Wendland l. l. p. 113; Schmid IV p. 608; de Heliodoro Fritsch p. 11; de Ach. Tat. Sexauer p. 19; Schaefer, ad Longum 343; Trunk, De Basilio Magno p. 7.

[7]) Meisterhans-Schwyzer 201.

[8]) H. Schmidt, De duali Graecorum et emoriente et reviviscente, Breslauer philol. Abh. IV 6 1893; Dahl, Demetrius *περὶ ἑρμηνείας* Progr. 1894/95 p. 7 sqq.; Radermacher p. 67; Robertson p. 40, de Luciano egit E. Haase, Über den Dual. bei Luc., in Neue Jahrb. 1893 p. 681 sqq.

[9]) Meisterhans-Schwyzer p. 233; Thackeray p. 193; Blaß p. 36; Robertson p. 41; Mayser p. 312; apud elegantiores *κοινῆς* scriptores forma *ἄμφω* minime deest (v. Steph. thes. l. Gr.).

[10]) W. Schmid IV p. 611; Greg. Corinth. ed. Schaefer p. 126 sq.

pluralis tantum usurpatur, ab Aeschylo singularis unus,[1]) apud ceteros scriptores Atticos uterque numerus videtur in usu esse.

ε) Neutra pluralia verbi singularis insequitur velut 575, 576, 580, 584, 585, 610, 616, 618 contra pluralis 604 *ἦσαν δὲ τὰ κοράσια ταῦτα ὄχλος κιναίδων*, id quod tamen excusatur, cum de personis sermo sit similiter in Luc. abdic. 183 *τὰ γυναικεῖα σώματα πάμπολυ τῶν ἀνδρείων διαφέρουσι* et in Char. 518 *τέκνα ἐκεῖνα . . . εἰσίν* Ceterum hic usus ne ab Atticis quidem scriptoribus abhorret.[2]) In inscriptionibus Atticis singularis verbi in huius modi structuris sollemnis est;[3]) apud *κοινῆς* scriptores id praeceptum eo minus observatur, quo quisque indoctior est.[4])

ζ) Pluralis numerus praeter necessitatem ponitur in his *οἷα εἰκός* 580 (contra *οἷον εἰκὸς* 593, 616); *τὰ μὲν πρῶτα* 587, 605, similia e Luc. permulta possunt apponi *οἷα εἰκός* de morte Peregr. 361; cal. non tem. cred. 151 sqq. *τὰ μὲν πρῶτα* Bis acc. 812; Philops. 60 sqq.

c) De casibus.

α) De genetivo.

Genetivus temporis, qui etiam communi sermone retinebatur,[5]) occurrit 620 *ἑσπέρας ἤδη* 606, 603;[6]) Atticae vero consuetudini repugnat genetivus temporis pro accusativo positus ut 571 *ἔοικα δὲ ἐνταῦθα διατρίψειν τριῶν ἢ πέντε ἡμερῶν* 617 *ὥστε ὀλίγων ἡμερῶν τῷ δεσπότῃ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει συναριστῶν* hic tamen locus ad consensum cum Attico usu revocari potest interpretando.[7]) Eadem haud raro Atticistae quoque peccaverunt, ut elegantiam Atticam imitari sibi visi genetivum etiam tum usurparent, cum diuturnitas temporis esset significanda.[8]) E Luciano hoc affero exemplum: *μένουσαν τριῶν ἑξῆς ἡμερῶν* deor. dial. 230.

Genetivus pretii: *τούτῳ πιπράσκομαι πολλῆς πάνυ τιμῆς* 604, 613, 617; apud posterioris aetatis scriptores huic genetivo nonnumquam praepositio *ἀπὸ* adicitur.[9])

---

[1]) K. Witte, Singular und Plural, Leipzig 1907 p. 19.

[2]) R. Franz, De generis neutrius pluralis cum verbo construendi vi et usu., Diss. 1877.

[3]) Meisterhans-Schwyzer 198, 5.

[4]) Radermacher p. 96; Buresch, Rhein. Mus. XLVI 231; de papyris J. Moulton in the classical Review vol. XV 1901 p. 436; Vogeser, Zur Sprache der griech. Heiligenlegenden p. 19; Alfred Georg, Studien zu Leontios, Diss. München 1901, p. 21.

[5]) Radermacher p. 103.

[6]) cf. Kühner II[1] 324 b.

[7]) W. Schmid I 90, 235; Krüger 47, 2, 3; Bernhardy p. 239.

[8]) W. Schmid I 235; II 40; III 53; IV 57.

[9]) Exempla collegit F. Krumbholz de praepositionum usu Appianeo, Jena 1885 p. 9.

Genetivus materiae ut etiam apud Atticos[1]) cum praepositione ἀπὸ coniungitur 621 *κλίνη ἦν μεγάλη ἀπὸ χελώνης Ἰνδικῆς πεποιημένη* similiter in Luc. ver. hist. 98 *εὐνὴν δὲ ἀπὸ τῶν φύλλων ποιούμεθα.*

Genetivus exclamativus,[2]) qui legitur 583 *ὢ τῆς ἀκαίρου ταύτης περιεργίας* apud Luc. frequentissimus est (Tim. 160; vot 272; Abdic 176; pisc. 575 sqq.).

Genetivus relativus sequitur

1. verbum *θαυμάζω*[3]) 593 *τὴν γραῦν θαυμάσαντες τῆς εὐγνωμοσύνης*

2. adiectiva relativa, quorum haec genera possunt discerni:

a) modum notantia *καὶ κελεύει με τῶν νώτων μετέωρον κομισθῆναι ἔξω τῆς οικίας* 625 b) inopiam declarantia: *οἶμαι δὲ καὶ σὲ οὐκ ἀπείρως ἔχειν τῆσδε τῆς τέχνης* 579; *ὁ γὰρ τοῦ θανάτου με φόβος ἀναίσθητον τῆς ὀδύνης ἔθηκε* 590; *ὁ δὲ τῆς φωνῆς ἀνόητος ὢν* 611; *καὶ τῆς ἀπὸ τῆς συνουσίας ἡδονῆς ἀκόρεστος* 620. Huiusmodi genetivos Schmidius IV 612 in atticismis numerat.

Genetivus partitivus cuius loco in libris LXX[4]) et N. To.[5]) satis frequenter praepositiones adhibentur ut *ἐκ*, rarius *ἀπὸ* vel *ἐν* cum Atticorum more conspirat in his *α*) post substantiva rerum vim notantia 610, 592. b) post pronomina *τῶν φίλων τις* 607, 606, 596, 579. c) post numeralia: *τούτων εἷς* 604; *πολλοὶ τῶν ἔνδον* 610. d) post superlativos 586, 600, 614. e) post adverbia loci *ὅπη τῆς πόλεως* 568 hic genetivus etiam in sermone vulgari usitatus est.[6]) f) genetivus partitivus pendet ex adiectivis neutri generis substantivorum loco positis *ἐς τὸ κουφότερον . . . τοῦ φορτίου* 598.

Pro attributiva structura haec inveniuntur exempla *α*) singularis numeri *τὸ λοιπὸν τῆς ὁδοῦ* 590; *τὸ ἐπίλοιπον τῆς ὁδοῦ* 600; *ἐς τὸ μέσον τῆς ἡμέρας* 584 *β*) pluralis numeri *τὰ δὲ ἕτερα τῶν σκευῶν* 590; *τὰ λοιπὰ τῶν σκευῶν* 591; haec dicendi ratio ab Atticis non aliena[7]) cum elegantiorum *τῆς κοινῆς* scriptorum tum Atticistarum propria est.[8]) Cuius rei nullam aliam video causam

---

[1]) Kühner-Gerth II 376 adnot. 6 saepe apud Polyb. Diod. Strab. saepissime apud Appianum.

[2]) Krüger 47, 3, 1.

[3]) Krüger 47, 21; Buttmann 133, 23.

[4]) M. Johannessohn, Der Gebrauch der Casus und Präpositionen in d. Septuaginta, Diss. Berlin 1910, p. 17.

[5]) Radermacher p. 102; e Xenophonte et Appiano pauca exempla memorat Krumbholz l. l. p. 8 sq.; Fritsch de Heliod. p. 13.

[6]) Radermacher p. 103; W. Schmid IV 609.

[7]) Krüger 43, 4, 27 sq.; Bernhardy 156; Classen ad Thuc. I, 2, 3.

[8]) ibid. IV 609.

nisi quod sermo cotidianus magis magisque praeferebat praepositiones[1]) paulo ante commemoratas.

h) Semel genus adiectivi conformatum est ad genus genetivi 606 *ἐπεὶ ἐγένοντο ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς ὁδοῦ.* Haec generis assimilatio apud Atticos non inusitata[2]) posterioribus ut Polybio Philoni Plutarcho Polyaeno, Arriano elegantia visa est.[3])

Collocatur genetivus partitivus semper recte nusquam ut saepe apud posteros inter articulum et nomen;[4]) apud Luc. pauca eius generis exempla reperiuntur in Cynico [Amoribus Demosthenis encomio].[5])

i) Genetivum partitivum e verbis transitivis aptum pro atticismo habendum esse Moeris diserte testatur *ἔπιον οἴνου οὐχ οἶνον Ἀ. ἔφαγον κρέως οὐ κρέας Ἀ.*[6]). Huc ex asino referenda sunt haec exempla *φαγὼν τῶν ἀνθέων* 585 (Matth. 15,27 *τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων* I. Korinth. 11, 28 *ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω*) *εὖ τῶν οἴκοι ἐδράξατο* 594.[7])

Non huc spectant ea verba, quae etiam in vulgari sermone genetivus partitivus subsequitur ut praecipue verba tangendi et implendi.[8])

β) De dativo.

Dativus in sermone communi iam Romana aetate coepit rarescere eiusque vice vel praepositiones fungebantur vel accusativus vel genetivus, Byzantinis vero temporibus paene prorsus est oblitteratus.[9]) Quo autem rarior fiebat, eo studiosius frequentabatur ab elegantioribus *κοινῆς* scriptoribus et ab Atticistis, qui praecipue dativo ethico cum imperativo coniuncto summum studium impertiverunt. Ex asino haec exempla sunt memoranda *φυλάττου μοι τὴν . . . γυναῖκα* 572, 572, 582.

D a t i v u s t e m p o r i s perperam pro accusativo positus, quem usum non apud omnes *κοινῆς* scriptores modo,[10]) verum etiam

---

[1]) Radermacher p. 102.

[2]) Kühner [3] I 279.

[3]) W. Schmid IV 609.

[4]) H. Usener adnot. ad Theodos., Leipzig 1890, p. 148; ad vit. Tychonis p. 51.

[5]) J. Bieler über die Echtheit des Kynikus, Progr. Hildesheim 1891, p. 10.

[6]) Moer. p. 151.

[7]) cf. etiam Schmid III 51; IV 612; Radermacher 98; Krüger 47, 15, 3.

[8]) Blaß 103 sq.; Radermacher 103; Johannessohn l. l. p. 39; de papyris Moulton in the classical Review p. 437.

[9]) cf. K. Dieterich, Untersuchungen p. 150 sqq.; W. Schmid, Wochenschrift für klass. Philolog. 1889 p. 541; Atticism. III 289; Thumb l. l. 125, 249; Moulton, Einleitung in die Sprache des N. T. p. 93 sqq.

[10]) W. Schmidt, de Jos. elocut. 382 sq.; W. Schulze, Graeca Latina, Einladung zur akademischen Preisverteilung, Göttingen 1901, p. 4; Blaß p. 122; Radermacher 99 sq.; Moulton 116; Malina de dictione Polyaenea 1854 p. 32.

apud Atticistas[1]) deprehendas in asino semel legitur 571 ἤρετό με, εἰ πάσαις ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ προσμενῶ. Lucianeae consuetudinis exempla affert Du Mesnil l. l. p. 8. Atticistae perverso huic usui ob id ipsum addicti fuisse putandi sunt, quod dativus in cotidiano sermone in dies magis exstinctus est.

Dativus commodi occurrit 583 ἕτοιμοι ἦσαν τοῖς ποσὶν ἀμύνειν τῇ γαστρί.

Dativus incommodi: Κακὸν ἐμοὶ μέγα τυρεύων 600, 601.

Dativus modi, cuius fines ab Atticistis propagati sunt.[2]) πάσῃ μηχανῇ 572; ἔργῳ 575; σπουδῇ 575, 588; νόμῳ διδασκάλου 576; κύκλῳ 581; σιγῇ 584; δρόμῳ 586 bis huic casui praepositio ἐν addita est 614 ἐν φόβῳ καὶ φειδοῖ κλέπτοντος 601 ἐν φιλήματος σχήματι perinde atque in Luc. piscat. 604 ἐν βασιλικῷ σχήματι et in deor. conc. 531 ἐν ἄλλοτε ἄλλῳ σχήματι.

Dativus causae.[3]) α) sine praepositione τῷ τε ἔρωτι τῆς φυγῆς καὶ τῇ τῆς κόρης σπουδῇ ἔφυγον ἔρῳ καὶ οἴστρῳ 602. β) cum praepositione ἐπί 612, 622.

Dativus differentiae: ἡμέραις δὲ ὕστερον οὐ πολλαῖς 580, 588, 589 μακρῷ κάκιον. Vocula μακρῷ pro πολλῷ (πολύ) comparativis adiuncta apud veteres scriptores rarissima est[4]): apud poetas semel exstat τέχνη δ' ἀνάγκης ἀσθενεστέρα μακρῷ Aeschyl. Prom. 516 saepius in soluta oratione ut apud Herodotum VIII 86, 6 μακρῷ ἀμείνονες apud Platonem μακρῷ βελτίονες Phileb. 66 e; similiter in legibus I 628 a, V 728 e Ps. Plat. Axioch. 369 b; in sermone vulgari nihil eiusmodi inveni, sed crebro apud Luc. ut pro imag. 486, 494; imag. 468; Phalar. II 202; Hermot. 825, 827; Gall. 708; Anach. 910; de mort. Peregr. 327; de laps. 737 sqq. semel vel cum superlativo coniungitur μακρῷ γὰρ ἀσφαλέστατον Hermot. 773.

Dativus sociativus[5]): ἐμοὶ τὰ αὐτὰ νοήσας 587; dativus pronominis αὐτὸς substantivo iuncti cum a κοινῆς scriptoribus tum ab Atticistis saepe usurpatus invenitur 582 Καὶ αὐτῷ δὴ τῷ σχήματι sed multi posteriorum eo ab Atticis differunt, quod pronomen αὐτὸς substantivo postponere solent.[6])

Dativus instrumentalis: Καὶ τέχνην εὕρισκε σοφὴν ᾖ τεύξῃ . . . 572; liberior huius dativi usus qui occurrit 620 θηρίοις ἀποθανεῖν ne ab Atticis quidem abhorret.[7])

---

[1]) W. Schmid I 92, 236; II 41 sq.; III 55—57.

[2]) Krüger 48, 15, 16; W. Schmid IV 616.

[3]) Krüger 48, 15, 5; David Monro, A grammar of the Homeric dialect 1882 p. 137.

[4]) cf. Schanz, Beiträge IV, 3 (1895) p. 17.

[5]) Krüger 48, 15, 19.

[6]) Lobeck ad Phrynich p. 100; Cohn, Philo de opific. mund., Bresl. phil. Abh. IV p. LII.

[7]) Kühner-Gerth II 436.

Dativus auctoris sive dynamicus cum verbis passivis iunctus a Schmidio IV 612 in atticismis numeratur, quamquam non solum apud Atticistas, sed etiam in N. To. (Luc. 23, 15) in actis s. Thomae (109, 10), interdum apud Appianum persaepe apud Polybium legitur.[1]) In asino notavi haec exempla α) praesenti additur *τὸ πάλαι μοι ζητούμενον* 572; *κινδυνεύεταί μοι μηδὲν κακὸν πεποιηκότι διαφθαρῆναι* 582; *τούτοις ἐστρέφοντο* (sc. *αἱ μύλαι*) 610: β) perfecto: *Καὶ συνέκειτο ἡμῖν* 575; *πεπάλαισταί μοι* 577; *ἡμάρτηταί μοι* 624; γ) futuro exacto *τοῦτό μοι ἤδη πεπράξεται* 608; δ) aoristo *ἐκ τῆς ἀνασωθείσης ἐμοὶ κόρης* 592.

Huius casus partes praepositiones suscipiunt his locis α) *ὑπό* 591, 597, 597, 602; β) *πρὸς* ut raro apud Atticos[2]) saepe apud Atticistas[3]) *οἷα πρὸς αὐτῆς ἐρώμενον*. Lucianus praebet quinquaginta duo id genus exempla.

Asini igitur scriptor perinde ac Lucianus in verbis passivis dativum auctoris commutat cum praeposit. *πρὸς* vel *ὑπό*.[4])

Dativus relationis Atticorum consuetudini adversatur in his.[5]) *λεπτὸς οὖν πάνυ γίγνομαι καὶ ἀσθενὴς τῷ σώματι* 610, *εἴ τινας φῂς ἔχειν τῷ γένει προσήκοντας* 622. In libris LXX et papyris haec structura frequens, in N. To. sollemnis est[6]) eadem a Polybio saepe adhibetur.[7]) E. Luciano satis habeo apponere haec exempla: *λεπτὸς ἄγαν τοῖν σκελοῖν* navig. 249; *ἀξυνέτους δὲ τῇ γνώσει* adv. indoct. 103; *λαμπρὸς τοῖς ἄλλοις* ibid. 107.[8])

Ad significandum locum poetarum atque posterioris aevi scriptorum more simplex dativus ponitur[9]) 593 *ἕλκος τῷ μηρῷ εἶχον* 593; huic pravo usui Atticistas obtemperasse negat Schmidius IV 627;[10]) de papyris vid. Moultonium in the classical Review 1901 p. 438 B; apud Heliodorum hoc exemplum notavi V, 6, 22 *τῷ σπηλαίῳ κρύπτειν ἑαυτούς*.

De dativo verbis adiuncto: Verbum *κελεύω* insequitur dativus 616 *τὴν τιμὴν κελεύει τῶν διοικητῶν τινι καταβαλεῖν*. Quae structura in soluta Atticorum oratione rarissima apud scriptores

---

[1]) cf. Trunk l. l. p. 19 et adnot. 1; Kälker, Quaestiones de elocutione Polybiana. Diss. Leipzig 1880, p. 279.

[2]) Krüger 52, 5, 2: „sehr selten in attischer Prosa".

[3]) W. Schmid IV 465, 629; Blaß 136, 8.

[4]) Funk über Demonax l. l. p. 580.

[5]) Krüger 48, 15, 4; Bernhardy, Wissensch. Synt. p. 118.

[6]) Johannessohn p. 69; F. Völker, Papyrorum Graecarum syntaxis specimen, Bonn 1900, p. 12; Radermacher 99; Blaß 119 sqq.

[7]) J. Stich, De Polybii dicendi genere (= act. sem. Erlang.) 1881.

[8]) alia congessit A. Baar, Wiener Stud. VIII (1886) p. 73 sq.

[9]) Kühner-Gerth II 441; W. Schmid IV 627.

[10]) in Luc. Nigr. 53 pro *τοιαύτῃ ἐσθῆτι θεώμενος* cum Schwidopio (l. l. I 11) *ἐν τοιαύτῃ . . .* scribendum est.

κοινῆς διαλέκτου crebra est;[1]) eandem bis apud Luc. cognovi: in dial. mort. 329 et in somnio 5 *ἐκέλευσέ μοι* . . . verum accusativus in asino ponitur 580 *κελεύει με προσάγειν* . . .

Verbo *ἀγγέλλω* non dativus additur ut assolet apud Atticos, sed praepositio *πρὸς* sq. acc. *ἀγγέλλει πρός με ἡ Π.* 580. In vulgari enim sermone persaepe praepositiones casuum vicem explent;[2]) apud Luc. simile exemplum vidi in Hermot. 813 *ὑποδύομαι εἰς τὴν θάλασσαν.*

γ) De accusativo.

Hic casus cotidiano sermone non solum paene integer est retentus, sed fines eius provinciae etiam sunt prolati.[3])

Accusativus temporis obvius est 603 *καὶ τὴν νύκτα ὅλην ἐλθόντες* 609 *συχνὰς ἡμέρας διατρίψαντες.*

Accusativus obiecti interni (sive „Acc. des Inhalts") *ἀγωνίζεσθαι νυκτερινοὺς ἀγῶνας* 579; *ἐρᾶν ἔρωτας ἀνθρωπίνους* 602; *τολμᾶν τόλμημα γενναῖον* 592 eaedem locutiones apud Luc. quoque deprehenduntur: *κάλλιστον ἀγῶνα ἀγωνίζεσθαι* Tox. 517; Bis acc. 833; *οἳ τοσοῦτον ἔρωτα ἐρῶσι* Char. 505; Scyth. 864; *μέγα τόλμημα τολμῆσαι* Tox. 510; contra dativus adhibetur 596; *ἀμείβεσθαι ἀμοιβῇ τῇ δικαίᾳ* 603; *ἀποθνήσκειν θανάτῳ οἰκτίστῳ.* Hic usus neque Atticis neque N. Ti. scriptoribus repugnat.[4]) e Luciano Baarius decem similia exempla profert.[5])

Accusativus obiecti externi qui appellatur 569 *ἄγειν τὴν ἀγέλην*; 603 *φέρεν φορτίον* 610 *στρέφειν στρόμβον* 625. In hoc accusativo usurpando, qui non solum ab Atticistis frequentabatur, sed etiam in vulgari omnium temporum florebat sermone, huius libelli auctor nulla re differt a Luc.[5])

Accusativus viae: *ἐπορευόμην οὖν τὴν προκειμένην ὁδόν* 568, 570, 598, 603, 610, 611 at dativus ponitur isque recte[6]) *ἀτρίπτῳ ὁδῷ φεύγειν* 584 ut in Luc. Timone 5 *ὁδῷ βαδίζων* et de merc. cond. 25.

---

[1]) Krüger 48, 7, 10; Kühner-Gerth § 423 adn. 7; Stallbaum ad Plat. rem publ. p. 396 A; W. Schmid I 334; Blaß 112; de papyris v. Brinkmann, Rhein. Mus. 65 p. 150; Vogeser 29; Krumbacher, Studien zu den Legenden des hl. Theodosius p. 276; Wilke-Grimm s. v.

[2]) Radermacher p. 112; Krumbholz, De praeposit. usu Appianeo p. 7, 10; Vogeser p. 25 sq.; Menand. Periceirom. 77 *πρός μ' ἀπήγγελκας* ed. Koerte.

[3]) Radermacher p. 98.

[4]) Krüger 46, 5, 3; Aeschyl. Agam. 1517 *ἀσεβεῖ θανάτῳ βίον ἐκπνέων*; Blaß p. 121; Radermacher p. 106.

[5]) l. l. p. 65.

[6]) Krüger 46, 5, 3; Thucyd. II, 98.

Posteriore aetate nudus accusativus ad viam significandam nullorum fere nominum nisi paucorum adiectivorum feminini generis saepissimeque *μακράν*, quod etiam in libris LXX et in N. To. usitatum est, usurpari solebat.[1]) Eandem formam in as. repperi 624 *μακρὰν ἀπελθὼν* et in Luc. Gallo 749 *οὐ μακρὰν δὲ καὶ οὗτος οἰκεῖ.*[2])

Accusativus modalis: Adiectivorum (vel pronominum neutri generis modalem vim exhibentium haec genera distinguo

1. adverbiorum loco usurpata α) singularis numeri; *τοὺς δὲ τέλεον ἀπώλεσε* 572, 614; *ἤρετο ... ἐφ' ᾧ τοσοῦτον* (= *οὕτως*) *γελῶσιν* 615; β) pluralis numeri *πολλὰ ἐφίλει* = (*πολλάκις*) 622; *πάντα ἔκλαε* 589 = nihil faciebat nisi ut fleret[3]) *ὄνον ... πάντα καταπίπτοντα* 590 item 582, 600

2. pro accusat. obiecti interni adhibita α) cum verbis videndi coniuncta: *φοβερὸν ἔβλεπε* 589; β) cum verbis sonandi *μέγα καὶ ἥδιστον ἀνακαγχάσασα* 575; *μέγα ἀναγελῶν* 578; *κρώξασα δεινὸν* 581; *μέγιστον καὶ εὐφωνότατον ἐβόων* 584; *σαρδάνιον γελῶντες* 592; *μέγα ὠγκησάμην* 606; *ἄσβεστον ἐγέλων* 613; *μέγα ἐν γέλωτι ἀναβοήσας* 615; *δεινὸν ἐπεθορύβησαν* 622; γ) cum aliis verbis: *ὀξὺ προσέπιπτε* 600; *ἁπαλὸν προσμειδιῶσαν* 615.

Hunc usum inter Atticos poetarum maxime proprium, qui tamen ne in soluta quidem oratione plane deest,[4]) atticismum putandum esse Schmidius IV 612 asseverat.

Nec minus saepe occurrit accusativus relationis qui in N. To. rarissimus est[5]) numquam tamen apud Graecos plane exolevit hodieque in cultiore saltem sermone aliquando in usu versatur[6]) *τοὔνομα* 268; similiter 581, 582, 586, 589, 607, 610, 613, 618, 619, 623, 623. De Luciano Baarius hoc statuit[7]): „Die Fälle dieser Art sind so mannigfaltig und zahlreich, daß man nicht umhin kann, auch für diese Ausdrucksweise eine besondere Vorliebe des Schriftstellers anzunehmen".

De accusativo e verbis pendente.

Atticorum ratione accusativus adicitur α) verbo *ἀμφιέννυμι*; *στρατιώτου στολὴν ἠμφιεσμένος* 611 similiter in Nigr. 11 *ἠμφιεσμένος*

---

1) W. Schmid IV 609; F. Völker l. l. p. 8; Krebs, Präpositionsadverb. II 38.

2) W. Schmid I 275.

3) cf. Jacobs ad Ach. Tat. VII 16 p. 168; Rohde, Griech. Rom. 399, 1; Quint. Smyrn. III 426.

4) Kühner-Gerth II 315, 15; Krüger p. 161, 3—7; Plat. rep. p. 285 A. Xenoph. memorab. IV 2, 2; Plat. soph. 232 E, legg. 705 E. rep. 519 A.

5) Radermacher 99; Blaß 119 sqq.

6) Mullach, Gramm. der griech. Vulgärspr. p. 327, 29, 337.

7) l. l. p. 68.

χρυσίδας a N. To. haec structura abhorret.[1]) β) verbo *ποιεῖν*; *τί ποιοῦμεν τὴν δραπέτιν.* 593 N. Ti. scriptores dicunt *ποιεῖν τι ἔν τινι, εἴς τινα, τινι.*[2]) γ) contra Atticorum usum[3]) verbo *καταρῶμαι* 596 *κατηρώμην τὴν Π.* aeque verbo *ἕπομαι ἕπεται τὸ φεῦγον* 619 contra ter dativus *τοῖς δὲ λόγοις τούτοις τὸ ξύλον εἵπετο* 593, 600, 604. Inde ab altero p. Chr. n. saeculo in sermone vulgari accusativus saepenumero pro dativo ponitur.[4]) E Luciano haec afferam exempla Prom. 4 *καταχράομαι τὴν σχολὴν* de paras. 871 *προσπίπτων τὸν Ἀχιλλέα.*

δ) De vocativo (et nominativo).

Cuius loco apud Atticos etiam nominativus in usu est, sed in sermone vulgari studio quodam vocativi formae praeferuntur.[5]) In asino una nominativi forma legitur 592 *ὦ καλὴ κἀγαθὴ παρθένος* vocativi formas quattuordecim numeravi.

Attici vocativo particulam *ὦ* praeponere solebant,[6]) posteriores numquam fere nisi cum animi aliquem motum volebant exprimere; in asino ut apud Lucianum interiectio plerumque addita est 570, 571, 571, 574, 573, 576, 577, 578, 579, 579, 582, 584, 592, 594, 594, 604, 606; at abest 572, 582, 591, 592, 601, 607; item apud Luc. *μῆτερ* dial. meretr. 293; dial. deor. 234; dial. mort. 456, 457; dial. mar. 304 sqq.

Pro vocativi forma etiam Atticos interdum sermonem cotidianum secutos nominativum cum articulo coniunctum adhibuisse iam pridem dispectum est tum cum subiecto adiungitur appositio,[7]) sed apud *κοινῆς* scriptores hic usus latius manavit.[8]) In asino haec exempla notavi *ἄγε δὴ σὺ ὁ παλαιστής* 578; *καὶ ὕδωρ ὅλος ἔστι σοι ὁ ἀνταγωνιστής* 578 apud Luc. *σὺ δὲ πρόσιθι ἡ Ἀθηνᾶ* deor. dial. 263; *τί οἰμώζετε ὦ μάταιοι καὶ μάλιστα ὁ φιλόσοφος σύ* dial. mort. 374; *σὺ παιδίον ὁ Ἔρως, ὅς . . . εἶ* deor. dial. 206.

---

[1]) Blaß 95 adn. 3.
[2]) Blaß p. 125.
[3]) Blaß p. 92; Radermacher 98; Hatzidakis 220 sqq.
[4]) Dieterich, Untersuchungen 150; Völker l. l. 6 sqq.; Krebs, Zur Rektion der casus in der späteren historischen Grazität 1885 p. 13 sq.; Thurmayer l. l. p. 7; Fritsch p. 21; Sophocles greek lexic. p. 44.
[5]) Radermacher 42; Blaß 89; Johannessohn 14.
[6]) J. A. Scott in the American Journal of Philology vol. XXVI 32—43; Kühner-Gerth § 357, 4.
[7]) Bernhardy 67; Kühner-Gerth I 46; Aristoph. ran. 521; Xenoph. anab. I 5, 16.
[8]) Buttmann § 129, 5; Blaß p. 89; J. Wackernagel, Über einige antike Anredeformen 1912 p. 8 sqq.

ε) De locativo.

Locativum in sermone vulgari paene desitum[1]) usurpari Atticistas valde adamasse affirmat Schmid IV 585. E papyris Moultonius exemplum affert[2]) Ἐλευσῖνι. In asino locativos in -ι duos inveni χαμαί 601, 606, 607; οἴκοι 572, 594 hic in N. To. deest; in -δε unum: οἴκαδε 573, 595; frequentatur vero ut a Luciano suffixum locativum -θεν,[3]) quod in soluta quidem Atticorum oratione multo rarius occurrit: πόρρωθεν 574, 592, 595; ἔξωθεν 583, 608, 615; χαμόθεν 599; οἴκοθεν 568; ἄνωθεν 598, 599, 613; κάτωθεν 622; ἐντεῦθεν 607; ἐκεῖθεν 586; ἔνδοθεν 591; ὄπισθεν 584, 599, 600; ἄλλοθεν 602; ἕωθεν 594, 611, 617.

ζ) De casuum in designando loco confusione.

α) accusativus pro dativo ponitur 568 οἰκοῦντα ἐς τὰ Ὑ, εἴσω κατέθεντο 618 contra ἔνδον κατέθεντο 588, 589.

β) vice versa dativus pro accusativo: πέμπει παρ' ἐμοί . . . 570. Cuius confusionis apud ipsos Atticos vestigia reperiuntur; exempla quaedam collegit L. Cohn l. l. LIII, Rehdantz ad Xenoph. anab. VII 3,5 et VIII 7, 32; sed multa maiora incrementa cepit in sermone vulgari[4]) (Moer p. 289 ποῖ Ἀ, ποῦ κοινόν) ac ne Atticistae quidem ea abstinuerunt.[5]) Lucianea haec sunt documento exempla: ἧκε παρὰ σοί dial. mort. 418; φοιτᾷ παρὰ σοί dial. meretr. 305; alia enumerat Schmidius I 236. Hodie praepositio εἰς vulgo pro ἐν usurpatur.[6])

d) De comparationis gradibus.

α) De positivo.

Vis positivi sicut apud Atticos augetur voculis δεινῶς 597, 601; μάλα 609; πάνυ 614, 580; σφόδρα 589, 613,[7]) haec consuetudo positivi vim meris adverbiis augendi Luciani maxime propria est.[8])

---

[1]) Moer p. 25 Ἀθήναζε Ἀ, ἐξ Ἀθηνῶν Ἑ, θύραζε Ἀ, ἔξω Ἑ p. 171.

[2]) In the classical Review XV 438.

[3]) Du Mesnil l. l. p. 40.

[4]) Mullach l. l. 380; Hatzidakis 220 sq.; Robertson 46; Blaß 124.

[5]) W. Schmid I 91 sq., 236; II 42 sq.; III 58 sq.; IV 60 sq. Bieler, De parasito p. 14.

[6]) Thumb, Handbuch der neugriech. Volksspr. 120; A. Deißmann, Bibelstudien, Marburg 1895, p. 113 sqq.

[7]) Schanz, Beiträge IV 3 p. 168.

[8]) Sommerbrodt, Ausgewählte Schriften zu de hist. conscr. 8 u. Gall. 2; Funk de Demonacte p. 572.

Positivi loco apud *κοινῆς* scriptores persaepe comparativus legitur,[1]) in asino numquam.

β) De comparativo.

Comparativum superlativi numero positum id quod in sermone vulgari saepe deprehendas (in der Volkssprache kann der Komparativ ganz allgemein die „Funktionen des Superlativ übernehmen" [2])) in asino non reperias. Ex Heliodoro exempla affert Fritsch p. 23.[3])

Augetur comparativi vis quemadmodum apud Atticos voculis *καὶ* 608; *ἔτι* 624 nullo loco voculis *πάνυ, μᾶλλον κοινῆς διαλέκτου* propriis,[4]) Lucianea exempla conquisivit Schmidius I 239.

γ) De superlativo.

Ad superlativum qui in N. To. et in papyris omnino rarus est,[5]) interdum accedunt voces, quae cum eius vi ac natura pugnent ut *λίαν* 623; *δεινῶς* 568; *ὅσος* 588 *πλεῖστα ὅσα* contra ad Atticam consuetudinem eiusmodi particulae omittuntur 570 *ὁ μὲν φίλτατος ἐμοί . . . καὶ τῶν Ἑλλήνων ἐξοχώτατος* 594 *θάνατον δὲ αὐτῇ τὸν ἀλγεινότατον καὶ μακρότατον* 603; 610 *φορτίον βαρύτατον* 614 *τὰς καλλίστας τῶν μερίδων*, ceterum apud ipsos Atticos hic illic vox *μάλιστα* superlativo apponitur.[6]) In sermone vulgari particulae *μάλιστα πάνυ, λίαν* frequenter superlativo addebantur.[7]) Ac Lucianus quoque huic usui aliquotiens obtemperavit.[8])

e) De proxominibus.

α) De demonstrativis.

Pronomen *οὗτος* saepe epanaleptice ut aiunt usurpatur ad recipienda nomina antecedentia 591, 598, 599, 601, 602, 618; *καὶ ταύτῃ* 573; *καὶ ταύτην* 595; *οὗτοι* 586, 602, 604, 610; *καὶ*

---

[1]) Mullach 178; Moulton 122; Blaß 144; Witkowski, Epistulae privatae Graecae 1911 p. 151.

[2]) Radermacher p. 56; cf. etiam Moulton 124; Blaß 143; Reinhold 60; Krumbacher, Studien zu Romanos, in Sitzungsber. d. Kgl. Bayr. Akad. d. Wiss. 1899 vol. II p. 230; Vogeser p. 20.

[3]) inducendum est exemplum a Schmidio I 238e Luc. allatum, cum de duabus partibus sermo sit.

[4]) Radermacher 58; Winer-Schmiedel 214 sq.

[5]) „Der Suplat. ist im N. T. wenig gebräuchlich, wenn er vorkommt, dient er als Elativ = in hohem Maße"; Robertson l. l. p. 48; Moulton, Classical Review XV 439 B „the immense majority of superlative forms are elative".

[6]) Schanz l. l. IV 3 p. 71 sq.

[7]) Bernhardy 434; Schmid III 61; Reinhold 61; Thurmayr l. l. 8; Hürth, De Greg. Nazianzeno 1907 p. 81.

[8]) W. Schmid I 238.

οὗτοι 588, 602, 581, 619; *καὶ ταῦτα* 574 item *οὕτως* post participia 595, 611; *καὶ οὕτω* 568, 570, 600 item *ἐκεῖνος* adhibetur 588. Qui usus iam antiquitus exstat[1]) nec deest in N. To.[2]) Apud Lucianum plurima exempla inveniuntur (Schmid I 239 sq.).

Pronomen *ὅδε*, quod in sermone cotidiano sensim intercidit[3]) (de N. To. v. Blaß p. 37 „das seltene *ὅδε* ist auf die Formel *τάδε λέγει* beschränkt" et p. 137) a posterioribus scriptoribus crebro perperam est ascitum. In asino Attico more[4]) ea significat, quae loquentis oculis vel animo proxime obversantur 579 *μὰ τὴν κεφαλὴν τὴν σὴν καὶ τήνδε τὴν μακαρίαν εὐνήν*, 579 *οἶμαι δὲ καὶ σὲ οὐκ ἀπείρως ἔχειν τῆσδε τῆς τέχνης* (i. e. artis de qua loquor). Lucianum pronomen *ὅδε* ad priora verba referre numquam legisse mihi videor.

β) De possessivis.

Adiectivorum *ἴδιος* et *οἰκεῖος* apud *κοινῆς* scriptores saepe in locum pronominis possessivi tertiae personae substitutorum[5]) in asino nullum vidi exemplum. Ex inscriptionibus Atticis primi a. Chr. n. saeculi exempla affert Meisterhans p. 235, e papyris Moultonius.[6])

Pro pronomine reflexivo vulgaris potissimum sermonis ratione genetivus possessivus pronominis *αὐτὸς* legitur[7]) 612 *τὸν μὲν κῆπον αὐτοῦ συνεργῷ τινι ἐπέδωκε* (codices consentiunt). Hic usus Lucianeis quoque exemplis illustrari potest; Alex. 250 *πάνυ γὰρ ἐδεδίει τὸν Ἐπίκουρον ὥς τινα ἀντίτεχνον . . . τῆς μαγγανείας αὐτοῦ* item Alex.; dial. deor.; Nigr. 73. Apud Atticos eius generis exempla perrara sunt, cf. Plat. Lach. 179 c *αἰτιώμεθα τοὺς πατέρας ἡμῶν*, Thuc. VII 48, 1 *ἐνόμιζον πονηρὰ σφῶν τὰ πράγματα εἶναι* apud Ach. Tat. hoc vidi (p. 50, 11) *ἡ δὲ ἀναστᾶσα ᾤχετο εἰς τὸν θάλαμον αὐτῆς.*

---

1) Krüger 56, 12, 4.
2) Winer-Schmiedel p. 218.
3) Dieterich, Untersuchungen 197; Radermacher 62; Hatzidakis 293; Winer-Schmiedel p. 215.
4) Kühner-Gerth II 660.
5) Dyroff, Zur Geschichte des Pronom. reflex in Schanz's Beitr. III 184; A. N. Jannaris, An historical greek grammar 1909 § 1416; Schmidt, De Ios. 369; Usener, Der hl. Theodos. p. 123; Krumbacher, Stud. zu Romanus 229; Blaß 172; W. Schmid I 82, 228 II 20, III 67, IV 69.
6) classical Review XV 440.
7) Buttmann § 127, 14; Vogeser p. 20: „fast auf jeder Seite dieser Schriftsteller findet man Beispiele dafür, daß *αὐτός* das Reflexivpronomen vertritt", Winer-Schmiedel 206; Dieterich l. l. 194; Burkhard zu Nemesius in Wiener-Studien XXX (1908) p. 48.

γ) De pronomine relativo.

Pronomen ὅσος apud scriptores posteriores in simplicis relativi notionem abiit.[1]) Atticorum fines non egrediuntur haec exempla [2]) *καὶ τἆλλα δὲ ὅσα . . . πάντα εἶχε* 581, 587, 603 verum haec *θριδάκων μὲν καὶ ῥαφανίδων καὶ σελίνων ὅσα ὠμὰ ἐσθίει ἄνθρωπος* 585, *τὰ μὲν γὰρ ἄλλ' ὅσα πείσεται* 595; *πολλὰ ὅσα* 621. De Luciano videas Schmidium I 281.

Pronomen ὅστις, quod in papyris et in inscriptionibus privatis raro,[3]) in N. To. in nominativo tantum in usu est,[4]) posterioris aetatis scriptores ut sunt longiorum formarum amantes ex Ionicorum consuetudine [7]) simplicis relativi loco adhibent. Apud Atticos scriptores hic usus rarissimus est.[5]) Ex asino habes hoc exemplum *καί τινα τῶν γυναικῶν ἥτις κατεκέκριτο* 620 apud Luc. similia legi *αἰτιῶ τοίνυν τὸν Μενέλαον ὅστις ὑμᾶς . . . ἤγαγεν* dial. mort. 410; *καὶ ἥτοι μειράκιον αὐτοῦ ὅτι ἐπείρασας* de merc. cond. 699; generali vi instructum est 573, 585, 590.

Copulationis relativae memoria apud Graecos sane multo rarioris quam apud Romanos ne post Atticam quidem aetatem exstincta est, immo vero eius usus modum quondam adhibitum excessit;[6]) in asino semel exstat 607 *ὅς δεδιώς . . .* (cf. Luc. Alex. cap. 59 s. f.).

Pronomen relativum in interrogativis sententiis indirectis apud posteriores scriptores [8]) et in papyris [8]) saepe pro interrogativo positum in hoc libello nusquam eo munere fungitur. Ex Atticistarum numero Schmidius e Philostrato demum exemplum affert.[9])

In exclamationibus pronomen relativum usurpatur (Kühner-Gerth II 439) non interrogativum ut in N. To. *ὡς εὐρύθμως* . . . 573 (Blaß 61, 263; Winer-Schmiedel p. 242).

δ) De pronomine indefinito.

Pronomen indefinitum quo rarius posteriore aetate factum

---

[1]) W. Schmid III 68, IV 611, I 129 sq., 289, II 135 sq.

[2]) cf. Plat. rep. X 596 E; Thuc. VII 3, 4.

[3]) Moulton, Neutestamentl. Gramm. p. 310; Radermacher p. 62.

[4]) Blaß 176.

[5]) Böhner l. l. 32; W. Schmid IV 70; Müller, De Telete p. 30; Fritsch 25; Vogeser 21; Winer-Schmiedel p. 235 sq.

[6]) Krüger 51, 8, 3.

[7]) Thurmayr l. l. p. 8; W. Fritz, De Synesio p. 97.

[8]) W. Schmidt, De Ios. 369; Winer-Schmiedel § 24, 4; Blaß p. 171 sq.; Moulton, Gramm. des N. T. 148 sq.; classical Review l. l. 441.

[9]) W. Schmid IV 70; ex Heliodoro unum locum affert Fritsch 26; aliter interpretandus est is locus, quem W. Schmidt (De Ios. eloc. p. 365) attulit e Luciano (somn. 725).

erat[1]) — in N. To. bis adiectivis adicitur, saepe eius loco numerale *εἷς* in usu est[2]) — eo frequentius ab Atticistis usurpabatur[3]) idque ita ut modo Atticam consuetudinem secuti illo notionem certis finibus non circumscriptam significarent, modo antiquum usum etiam amplificarent.[4])

In asino Attico more indefinitum coniungitur, *α*) cum substantivis 569, 570, 571, 580, 584, 586, 587, 605, 615, 620, 621, 622; *β*) cum adiectivis *ἦν δέ μοι πατρικόν τι συμβόλαιον* . . . 568; *κομψόν τι* 607; *καινοτερόν τι* 608; *μέγα τι ἀγαθόν* 624; *γ*) cum pronominibus vel pronominalibus *ἄλλο τι*[5]) *θηρίον* 583; *ἄλλος ἄλλοθι* 617; *οὐδέντι* 619. Haec pronominis *τις* usurpandi ratio ne ab elegantioribus quidem *τῆς κοινῆς* scriptoribus videtur prorsus aliena esse;[6]) de Luc. cf. Schmid I 293; Funk l. l. 571.

ε) De adiectivis pronominalibus.

Pronomina *ἄλλος* et *ἕτερος* in N. To. promiscue adhibentur[7]) item 591 *τὰ δὲ ἕτερα τῶν σκευῶν.* Ne Lucianum quidem has voces semper recte discernere manifesto apparet ex his: *ἕτερ' ἄττα* Pseudosoph. 580; Icaromen. 775 dial. meretr. 299, 311 sqq.

f) De articulo.

In articulo vel adiciendo vel omittendo scriptores iam primi p. Chr. n. saeculi magna licentia usos esse dicit Schmid III 64; eadem neglegentia deprehenditur etiam in papyris.[8])

Ex asino haec memoratu sunt digna:

α) articulus praeter necessitatem ponitur in locutione *ὡς τὸ εἰκὸς* quae a Luc. frequentatur.[9])

2. ad nomen praedicativum 597 *τοῦτο δὲ ἦν τὸ κεφάλαιον τῶν ἐμῶν κακῶν* similiter in vit. auct. 557 *τῆς σοφίας τί τὸ κεφάλαιον*; tyrannicid. 152 *καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἔργων τοῦτό ἐστι* eunuch. 356 *καὶ τὸ κεφάλαιον ἤδη τοῦ σκέμματος τοῦτο ἐτύγχανεν ὂν* de luct. 934.

---

[1]) Hatzidakis, Einleitg. 207 sqq.; Dieterich 202; Bruhn im Rhein. Mus. 49 p. 168 sqq.

[2]) Radermacher 63, item in Luc. dial. mar. 296.

[3]) Schmid I 55, 136, II 157, III 68, IV 72.

[4]) W. Schmid III 68, IV 611, apud Agathiam in qualibet fere pagina illud legi dicit Reffel l. l. p. 9.

[5]) cf. Krüger ad Thuc. VII 57, 1.

[6]) W. Schmid I 293 infra, IV 611.

[7]) Blaß 183; Buttmann § 127, 33; W. Schmid, Wochenschrift f. kl. Philol. 1899 p. 545.

[8]) F. Völker, Syntax der griech. Papyri (I der Artikel), Münster 1903, p. 15 sq.; de Philone v. Cohn l. l. LI.

[9]) cf. Funk l. l. p. 580; cf. etiam Schömann ad Isaei or. 8, 4.

Qua in re permultum in sermone communi videtur peccatum esse.[1])

3. ad Platonis consuetudinem articulus dupliciter ponitur 617 *τὰ παράδοξα ἐκεῖνα τὰ ἐν ἐμοὶ παίγνια* cf. Plat. conviv. 213 E *τὸ παρὸν τουτὶ τὸ σκέμμα* rep. III 407 B; legg. 706 A; Gorg. 502 B item in Luc. Hermot. *ὁ σὸς φίλος οὗτος ὁ Ἑρμότιμος.*

β) deest articulus 1 in nominibus propriis ut nonnumquam apud Atticos [2]) *τῇ Ἰταλῶν φωνῇ* 611 item in Luc. Eunuch. 356 *ἐκ Κελτῶν* deor. dial. 247 *ἐπ' Ἰνδούς*; Hermot. 743 sqq.

2. in abstractis, ad quae ne Attici quidem eum semper ponebant [3]) 590, 597, 603 sqq.; contra non desideratur 570, 574, 575, 579, 582, 589, 592, 618, 620.

3. in terrarum nominibus [4]) 568 *εἰς Θετταλίαν* 613 *ἐν Μακεδονίᾳ.* Apud Isaeum nomina terrarum articulo carere solent,[5]) rarius desideratur articulus in N. To.[6]) E. Luc. haec exempla mihi praesto sunt *ἐν Ἀσίᾳ* adv. indoct. 105; *ἐς Αἴγυπτον* dial. mar. 305.

4. non plane contra Atticorum morem [7]) in adiectivo *μέσος* 603 *ἐν ἀγορᾷ μέσῃ ἑστώς* similiter in Bis. acc. 811 *ἐς μέσην ἑσπέραν* (cf. Hom. Od. *β* 37 *στῆ δὲ μέσῃ ἀγορῇ*).

5. post praepositiones ut apud Atticos et in N. To. 578 sqq.[8]) Lucianea exempla enumerare vix operae pretium est.

6. quibusdam locis attributivum adiectivum articulo praeditum insequitur nomen sine articulo praepositum 583 *ὕπνος ὁ γλυκύς* 594, 596. Haec dicendi consuetudo apud Atticos quoque reperitur, maxime vero *κοινῆς διαλέκτου* propria est.[9]) E Luc. satis habeo commemorasse dial. mort. 382 *στρατιώταις τοῖς μαχιμωτάτοις.*

Plerumque autem articulus cum ad substantivum tum ad adiectivum adicitur 570, 575, 582, 588, 599, 600, 607 sqq.; eandem rationem Lucianum quoque inisse e quovis libro facile cognoscas.

γ) de articulo pronominis loco usurpato. Creberrime articulus ut pronomen adhibetur [10]) 568/69 sqq. formae *ἃ μὲν — ἃ δέ* pro *τὰ μέν — τὰ δέ* ponuntur 591. Quae obsoleta articuli

---

[1]) Radermacher p. 93; Hindenlang, Sprachl. Untersuchungen zu Theophrasts botanischen Schriften 1910 p. 62; Deißmann, Licht vom Osten p. 152 sq.

[2]) Krüger § 50.

[3]) ibid. § 50, 3, 4; B. A. Gildersleeve, Syntax of classical Greek II p. 258 sq.

[4]) Hindenlang p. 62 sq.; W. Schmid IV 64.

[5]) Lincke, De Isaei elocut. 1884 p. 10.

[6]) Blaß p. 155; Müller, De Telete p. 30.

[7]) Krüger p 50, 11, 6; Gildersleeve l. l. p. 299.

[8]) Kühner-Gerth p. 522 sq.; Blaß p. 161; Gildersleeve l. l. p. 259.

[9]) Kühner-Gerth II 613 sqq.; Thuc. I 25, 5; Radermacher p. 93.

[10]) Kühner p. 50, 1, 3.

forma plerumque in N. To.[1]) saepe a Polybio, numquam ab Atticis usurpatur nisi rarissime in casibus obliquis.[2]) Lucianus eum dicendi usum reprehendit ille quidem, verum nihilo secius ipse ab Attica regula aberravit.[3]) Contra Attica forma in asino comparet 575 *τὰ μὲν — τὰ δέ.*

Sententia relativa articulo instructa vicem nominis obtinet 615 *καὶ εἶναι ἐπ᾽ αὐτῇ τῶν ὅσα μὴ δυνατὸν . . . καταφαγεῖν.* Quae structura inter Atticos a Platone praecipue adamata[4]) ab elegantioribus *τῆς κοινῆς* scriptoribus minime abest. Atticistarum exempla profert Schmid I 93, II 46, III 63, IV 63.

δ) De articulo praedicativo.

Collocatio illa praedicativa, quae a Schmidio IV 613 in atticismis numeratur, sed ne in vulgari quidem sermone prorsus est oblitterata, id quod e paucis N. Ti. locis cognoscas,[5]) Lucianei stili maxime propria est[6]): „Charakteristisch für die Sprache Lucians ist ferner die häufig wiederkehrende prädikative Stellung des Adjektivs. Beispiele sind in jeder Schrift zahlreich vorhanden". In asino haec vidi exempla: *ἀμφοτέραις ταῖς χερσί* 582; *αὐτοσχεδίῳ τῷ λουτρῷ ἐχρήσαντο* 588; *ἀθρόᾳ τῇ χειρὶ* 610; *ἐπανθούσῃ τῇ τριχί* 614;[7]) *πολλοῖς τοῖς φιλήμασι* 619.[8])

2. De verbo.

a) De genere.

α) De activo.

Pro medio genere, quod post quartum a. Chr. n. saeculum e sermone cotidiano evanescere coepit[9]) — in vulgari huius aetatis sermone nulla iam superest medii forma[10]) semel adversus Atticum usum activum legi[11]) 611 *σπᾷ τὴν μάχαιραν* contra recte medium 608 *ξίφη ἐσπάσαντο.* De Luciano conferas Schmid. I 239.

---

[1]) Blaß p. 147.

[2]) Krüger p. 50, 1, 5; Aristotelis exempla congessit Bonitz in indice p. 352 b 10

[3]) W. Schmid I 111.

[4]) Krüger p. 50, 1, 2.

[5]) cf. Buttmann § 125, 5; Winer-Schmiedel p. 186.

[6]) Bieler, De paras. p. 19; cf. Sommerbrodt, Ausgewählte Schriften I p. 4; Guttentag, De Toxaride p. 44 sq.

[7]) Krüger 50, 11, 3.

[8]) Kühner-Gerth p. 468, 11 s. fin.

[9]) Radermacher p. 120; Wackernagel, Hellenistica p. 9; Vogeser 18; Schwidop l. l. spec. I 13; Hatzidakis, Einleitung 167; Witkowski 151; Thurmayr p. 6.

[10]) Thumb, Neugriech. Volkssprache p. 69.

[11]) Blaß p. 118; Stephan. thesaur. s. v.

β) De medio.

Apud Atticos nequaquam cuiuslibet verbi medium in usu fuisse satis constat.[1]) Quod quo magis in sermone communi rarescebat,[2]) eo frequentius grammaticis auctoribus[3]) usurpabatur a scriptoribus Atticae elegantiae studiosis, ut fieri non posset, quin mediorum numerus summopere augeretur.[4])

In asino nonnullis locis activo medium praefertur ubi Attici utroque genere utuntur[5]) velut *προορᾶσθαι* 608; *ἐπιδείξασθαι* 620.

Aliis locis eorundem verborum et activum et medium legitur ut *σκοπεῖν* 580, 584, 594; *σκοπεῖσθαι* 585, 615, 623; *ἐννοεῖν* 583; *ἐννοεῖσθαι* 591, 619; *παρέχω* 579;[6]) *παρέχομαι* 576; *περιβάλλω* 623; *περιβάλλομαι* 619.

Haec generum commutatio, cuius iam Isocratem amantem fuisse explicat C. Schwabe, a posterioribus elegantia Attica esse existimabatur (cf. Schmid III, 71; Schwabe, De dicendi genere Isocrat. p. 28; Longin. rhet. p. 308, 21).

Pro activo falso medium ponitur in his *εὐπορεῖσθαι* 571 (item in Bis acc. 825). *ἀσχολεῖσθαι* 585 (item in Hermot 823; de domo 200); *διακονεῖσθαι* 620 (item in dial. deor. 213, 221, 276; Philops. 61; Char. 488; Icaromen. 775; dial. mort. 454) *ἐνσκευάζεσθαι* 605.

Futurum medii loco passivi adhibitum pro atticismo habendum esse affirmat Moeris p. 334: *τιμήσεται Ἀ. τιμηθήσεται Ἑ.* Idem dicit Radermacher p. 65; „Als Zeichen gelehrter Bildung hat die Anwendung des medialen Futurs in passivem Sinn zu gelten; sagen die Attikisten *ἡττήσομαι*, so ist *ἡττηθήσομαι* für die *κοινὴ* Regel“. In asino repperi hoc exemplum: *ὀπτήσομαι* 600.

γ) De passivo.

Pro medio passivum legitur ut saepe in communi sermone (W. Schmid IV 599) 608 *κοιμηθήσεσθαι ἔμελλον* contra recte *κοιμήσῃ* 570 (cf. Veitch l. l. p. 336) item in Luc. dial. deor. 212 *κοιμηθησόμενος* contra 211 ibid. *κοιμήσομαι* alia quoque eius generis forma utitur Lucianus in navig. 269 *ἐναντιωθησόμενος*.

---

[1]) Krüger 52, 10, 9.
[2]) Wackernagel p. 9; Hatzidakis 193 sqq.
[3]) Moeris p. 253 *οὐκ ἐπράττον Ἀ. οὐκ ἔπραττες Ἑ.*
[4]) Schmid IV 616 sqq.; Schmidt, De Ios. 446; Hatzidakis l. l.
[5]) Krüger 52, 8, 2; Kühner-Gerth II 102, 105.
[6]) Lucianus huius verbi activo et medio promiscue utitur (Sommerbrodt ad Gall cap. 13 et ad Icaromen. cap. 16).

b) De temporibus.

α) De singulis temporibus.

Praesens historicum quod ab auctore eius qui *περὶ ὕψους* inscribitur libri (in cap. 25) ad variandam orationem commendatur ut apud veteres et posteriores scriptores frequens est [1]) 569, 571, 572 sqq. item imperfectum descriptivum 568, 571 sqq.

In sententiis ab *ἐπεὶ* incipientibus plusquamperfectum legitur 569 *ἐπεὶ . . . ἐγεγόνειμεν* 570 *ἐπεὶ δέ ἐδεδειπνήκειμεν* 585 *ἐπειδὴ . . . ἠριστήκειν*. Id genus exempla apud Atticos rara sunt; [2]) apud Luc. haec mihi occurrerunt *ἐπεὶ . . . ἠκηκόει* Alex. 258; *ἐπεὶ δὲ ἐδεδείπνητο* 534, 549; *ἐπεὶ ἐγεγόνειν* Icaromen 764; *ἐπεὶ . . . ἐπεφροντίκειμεν* Bis acc. 812; *ἐπεὶ . . . κατηγόρητο* Menipp. 483.

Antiquo more verbo *εἶμι* futuri vis inest 571 *ἄπειμι μὲν ἔφη ἐς Λάρισσαν* at praesentis ut in N. To. [3]) 586 *ὀπίσω οὖν ἀπῄειν καὶ εἴσειμι αὖθις εἰς τὴν ἔπαυλιν* item in dial. deor. 213 verbo *κάτει*.

Perfectum in communi sermone saepe pro aoristo usurpatum [4]) in asino nusquam deprehendas. Exempla a Knautio l. l. p. 34 allata quare cum Attico usu dissentiant, ego quidem non intellego. Lucianea quaedam exempla congessit Guttentagius l. l. p. 41.

β) De temporum inter se copulatione.

Ab Atticis exemplaribus non abhorret praesens historicum *α*) imperfecto exceptum (aut hoc illo) [5]): 575 *ἀνίσταμαι καὶ ἔργῳ ἀπῄειν* item 591, 592, 600, 609, 617. E Luc. profero Bis acc. 813 *ἀφαιρεῖται τοὺς στεφάνους καὶ τὴν αὐλητρίδα κατεσιώπα* Tox. 550 sqq.

β) aoristo 569 *ἀσπάζομαι αὐτὸν καὶ γράμματα ἐπέδωκα* item 575, 578, 592, 612, 619, 621 similia exhibet Lucianus *τὸ λοιπὸν οἰκουρεῖν εἱλόμην καὶ . . . ἀληθείᾳ προσλαλῶ* Nigr. 57; *ἀπήλασε καὶ ποιεῖ* Hermot. 750; Tox. 564; pisc. 593; Char. 516; deor. dial. 228, 242; dial. mort. 363 sqq.

E *κοινῆς* scriptorum consuetudine imperfectum et aoristus promiscue usurpantur; [6]) *καὶ γὰρ φιλήμασιν ἠσπάζοντο ἀλλήλους*

---

[1]) Blaß l. l. p. 192.

[2]) Kühner-Gerth II 169.

[3]) Blaß p. 53.

[4]) Dieterich l. l. 235 sqq.; Blaß 204; W. Schmid I 74, 95; II 52 sqq.; Vogeser 31; Krumbacher zu Romanos p. 210, 236, 252 sq.; Usener, Der hl. Theodosius 120; Der hl. Tychon p. 52; Helbing 67; H. Jakobsthal, Der Gebrauch der Tempora u. Modi in den kretischen Dialektinschriften, Diss. 1906, p. 14 sqq.

[5]) W. Schmid III 76 sq.

[6]) Radermacher p. 122; Cohn, De Philone p. LV; J. Pietzko de Aristaeneti epistulis, Diss. Breslau 1907, p. 8; ex Heliodoro exempla affert Fritsch I 31.

καὶ καταλύειν ἐκέλευον αὐτοὺς . . . καὶ παρέθηκαν ἄριστον . . . 585; *τοῦτο μὲν οὐδέποτε εἰργάσατο, λίθους δὲ προσετίθει* 598; *ἀπῄειν ἅμα . . . καὶ ἀφικόμεθα εἰς κώμην ἄλλην* 608. Polybius haec tempora nondum confudit.[1]) E Luciano haec exempla mihi in promptu sunt [2]) *τὰ μὲν οὖν περὶ τῶν φόρων διεπέπρακτο ἤδη καὶ ἐχρημάτισεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς καὶ εἱστία αὐτόν* Tox. 551. *δρομαῖος μὲν ὁ Ζεὺς ὥρμησεν ἐπὶ τὴν θάλατταν φέρων αὐτὴν καὶ ἐνήχετο ἐμπεσὼν* dial. mar. 326.

Perfectum praesens et aoristus coniunguntur 576 *εἶ γέγονας . . . γοργὸς καὶ παλαίσματα πολλὰ ἔμαθές ποτε* item in somn. 747 *τάλαντα μὲν . . . πάνυ ἀσφαλῶς . . . κατώρυκται καὶ οὐδεὶς εἶδε.*

c) De modis.

α) De modis enuntiatorum liberorum.

1. De optativo.

αα) De optativo desiderativo.

Qui optativus ut posteriore aetate rarior est factus, ita in usu esse non desiit.[3]) In asino hoc vidi exemplum *ὄναιο δὲ τούτων τῶν γάμων καὶ τέκοις . . .* 605 In chartis Aegyptiis hic modus frequentatur, sed maximam partem eiusmodi optativi certas locutiones efficiunt,[4]) ut in enuntiatis primariis quindecim, in enuntiatis relativis duo optativi desiderativi restent, quae pro permagno chartarum numero perquam parva pars est, apud Diodorum semel legitur,[5]) apud Philonem novies.[6])

ββ) De modo potentiali.

Hunc modum nihil aliud esse nisi optativum cum particula *ἄν* copulatum, quis est qui nesciat? In vulgari sermone inde ab Alexandri temporibus eius generis optativi sensim exoleverunt — in eorum locum coniunctivus cum particula *ἄν* videtur substitutus esse [7]) ut in N. To. in sententiis principalibus non plus tria optativi potentialis reperiantur exempla.[8]) In chartis Aegyptiis

---

[1]) F. Hultsch praefat. ed. II p. XXXIX, LX sq.
[2]) alia attulit Du Mesnil p. 10.
[3]) Blaß, De N. To. 224; Thackeray, De libris LXX p. 193; de papyris Moulton Neutestamentl. Grammatik p. 307, 309.
[4]) Harsing, De optativi in chartis Aegyptiis usu, Diss. Bonn 1910, p. 27 sq.
[5]) R. Kapff, Der Gebrauch des Optativ bei Diodorus Siculus, Diss. Tübingen 1903, p. 20 sqq.
[6]) Reik, Der Optativ bei Polybius und Philo v. Alexandrien, Leipzig 1907, p. 97.
[7]) Reinhold l. l. p. 111; Jannaris append. V 11 et 14.
[8]) Radermacher p. 128; Blaß 224 sq.; Robertson 74.

is modus sex locis exstat, sed exempla, in quibus comparet, verborum sunt usitatissimorum.[1]) In asino Attica norma observatur 576 *οὐκ ἂν ἴδοις.*

2. De coniunctivo.

Pro coniunctivo dubitativo posteriorum maxime scriptorum more indicativus praesentis legitur[2]) 593 *τί ποιοῦμεν τὴν δραπέτιν*; sic etiam in piscatore 578 cum melioribus codicibus *ΩU* rb *Φ* scribendum esse ego quidem censeo pro *τί ποιῶμεν* lectione, quam praebent codices *ABC.*[3])

β) De modis et coniunctionibus enuntiatorum subiunctorum.

1. De enuntiatis causalibus.

Quae inducuntur coniunctionibus *ἐπεί, ἐπειδή* ut apud Luc. neque quicquam habent insoliti.

2. De enuntiatis temporalibus.

Coniunctiones temporales ad unam omnes cum Attico usu consentientes enumerabo has *ὅτε* 593; *ἕως* 599, 602; *ὡς* 571, 572 sqq.; *ἐπειδή* 575, 576 sqq.; *ἐπεὶ* 569, 581, 583, 584, 584, 586, 590, 591, 592, 596, 619; *ὁπότε* 616 hae duae a. N. To. absunt.[4])

Particula *πρὶν ἤ* quae crebo Herodoto[5]) et posterioribus scriptoribus[6]) numquam Atticis[7]) in usu est, in asino comparet 586 *οὐ πρότερον ἀφῆκαν πρὶν ἢ πάντα . . . ἐξεμέσαι* eademque in Luc. dialogis mort. 396 *οὐδ' ἐς χεῖρας ἐλθεῖν πρὶν ἢ τὸ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι . . .*

Particulam *ἕως* perperam coniunctivus insequitur[8]) 599 *συνέκοψέ με ἕως ἐπεγείρωσί με αἱ πληγαί.* Quae structura posteriore aetate non est rara;[9]) in inscriptionibus Atticis inde a medio secundo a. Chr. n. saeculo reperitur.[10]) Luciani multa exempla

---

[1]) Harsing p. 28.

[2]) cf. Bernhardy p. 396; Buttmann § 139, 2; Stallbaum ad Plat. rep. I p. 141; Alciphr. *τί δρῶμεν; φεύγομεν ἢ μένομεν* ep. 1 ed. Scheyers et Achill. Tat. *ποίαν ἔτι περιμένομεν ἡμέραν* p. 123, 9.

[3]) cf. Sommerbrodtii apparatum cum Jacobitzio.

[4]) Robertson p. 204, 208; coniunctio *ἐπεὶ* etiam apud Strabonem deest.

[5]) W. Brandt, Griech. Temporalpartikeln vornehmlich im jonischen und dorischen Dialekt, Diss. 1908, p. 79 sq.

[6]) W. Schmid III 48; P. Thouvenin, Untersuchungen über den Modusgebrauch, bei Älian l. l. p. 607 sqq.

[7]) Stahl, Syntax p. 446.

[8]) Kühner-Gerth II 449, 4.

[9]) W. Schmid III 84 adn. 59; Blaß p. 224.

[10]) Meisterhans-Schwyzer p. 251.

attulit Du Mesnil p. 22 sq. at recte cum indicativo conectitur 602 *γαμεῖν ἐβούλετο ἕως . . . ἠμύναμεν τῇ γυναικί.*

Compluribus locis particula *ἄν* cum particulis temporalibus *εἰ ἐπεί ἐπειδή ἔστε* in unum confusa adversus Atticorum morem cum optativo iungitur[1]) numquam vero cum indicativo ut in sermone cotidiano[2]) 588 *ἐπειδὰν ἴδοιμι* 599 *ἄν ποτε καὶ δέοι* 605 *ἐπὰν εἰσέλθοιμεν* 605 *ἐπειδὰν κατακόψειαν* 622 *ἔστ' ἂν πείσαιμι* Luciani exempla collegit Du Mesnil p. 19 (contra Atticorum ratione *ἄν* cum coniunctivo conectitur 575 *ἐπειδὰν κατακοιμίσῃ τοὺς δεσπότας ἐπειδάν . . . ἴδῃς* 577, 578, 587; *ἐπάν . . . ἴδῃ* 601.

Septies in sententiis temporalibus post praeterita comparet optativus iterativus (616 *πιεῖν ὁπότε θελήσαιμι* 597 *εἰ δέ ποτε καὶ συνελάσειέ με . . .* 599 *εἰ γὰρ ἀτρέμα προΐοιμι* 599 *εἰ δὲ ἴδοι* 599 *εἰ δέ ποτε καὶ καταπέσοιμι* 600 *εἰ δὲ φεύγοιμι* 617 *εἴ ποτε χωρίον εἴη . . .*) qui a. N. Ti. aliorumque *κοινῆς* scriptorum sermone alienus est. De his Radermacherus scite hoc existimavit[3]): „Völlig fremd der Volkssprache, äußerst selten auch in literarischen Texten ist der Modus zur Bezeichnung einer wiederholten Handlung in historischer Erzählung". Philo optativum frequentans ne unum quidem exemplum habet;[4]) Epictetus eo semel utitur;[5]) Polybius sexies decies,[6]) Diodorus undequadragies, undecies non utitur ubi ponendus erat;[7]) in inscriptionibus Pergamenis is modus plane deest;[8]) e chartis Aegyptiis Harsingius duo affert exempla quorum alterum tertio, alterum secundo a. Chr. n. saeculo scriptum est.[9])

Lucianus optativum iterativum post particulam *ὁπότε* vicies semel, saepius post *εἰ* adhibuit; bis pravae vulgaris sermonis consuetudini obtemperavit in dial. mort. 361 *ὅντινα ἂν προσέβλεψα,* Demon. 379 *πλέον δὲ ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἐνίοις αὐτῶν μόνοις ἐξιστάμενος ὁπόσοι ἂν ἐδόκουν αὐτῷ ὑπὲρ τὴν τῆς θεραπείας ἐλπίδα διαμαρτάνειν.* Namque in sermone vulgari[10]) huius optativi locum tenet indicativus temporis praeteriti, cui interdum *ἄν* adiungitur.

---

[1]) Krüger 54, 17; Stahl 338, 2; Kühner-Gerth II 549; e *κοινῆς* scriptoribus exempla affert Radermacher p. 163.

[2]) Radermacher l. l.; Schmid IV 621; Hatzidakis 216; Witkowski 152; Vogeser 34; Lob. ad Phrynich. 719 sqq.; Jannaris § 1987 apud Luc. hoc exemplum vidi deor. dial. 213 *κἂν ἐν γῇ μένουσι* (sic omnes codices praeter FL).

[3]) p. 131, 133; Blaß p. 212.

[4]) Reik l. l. 159 sqq.

[5]) l. III, 1, 3; Radermacher l. l.

[6]) Reik p. 34.

[7]) Kapff p. 43.

[8]) Radermacher p. 130.

[9]) l. l. p. 34, 36.

[10]) Radermacher 131; Mann, De Xenoph. Ephes. p. 27; W. Schmid III 83 adn. 58; Vogeser 36; Reik, De Polybio 34 sq. de Philone 159 sqq.

3. De enuntiatis consecutivis.

Post ὥστε particulam indicativus ponitur 597, 598, 615, 620; semel optativus potentialis ὥστε ἐγκαλέσαι ἄντις 571. Novum Testamentum nullum eius modi exemplum praebet,[1] Diodorus unum,[2] multa Strabo et Philo, Dionysus Halicarnassensis tria;[3] plerumque autem infinitivus 568, 579, 597, 597, 605, 607, 608, 610, 610, 619; quam structuram iam apud ipsos Atticos usitatiorem κοινῆς scriptoribus sollemnem fuisse notum est.[4])

Particula consecutiva ὡς quam apud Luc. plus quam quinquagies numeravi in asino non occurrit. P. Schulze observasse sese contendit Lucianum in prioribus libris semper fere particulam ὡς, in posterioribus particulam ὥστε in usum suum convertisse.[5]

Finalem vim habet ὥστε vel ὡς ut haud raro in inscriptionibus et apud posterioris aetatis scriptores[6] 591 ἀπῄεσαν, ὡς τὰ λοπιὰ τῶνσκευῶν ἀνασῶσαι 614 ἀπῄεσαν, ὥστε ἀπολούσασθαι. Verbum eundi infinitivus insequitur 618 παρελθοῦσα ἔσω ἰδεῖν με id quod saepe apud poetas rarius in soluta Atticorum oratione, plerumque apud posteriores scriptores occurrit;[7] bis eius locum tenet participium futuri ἡμεῖς ἀπῄειμεν λουσόμενοι 570; ἔρχομαι ἐπὶ τὸν κῆπον τοῦτο μὲν ὠμῶν λαχάνων ἐμπλησθησόμενος κτλ.

4. De enuntiatis finalibus.

a) De particulis.

Sententiae finales subiunguntur particulis ἵνα 620; ὡς 584; ὡς ἂν cum optat; ὅπως 575, 576, 578.

Apud Herodotum, oratores universos Platonem ἵνα longe praevalet, poetis tragicis Thucydidi Xenophonti ὅπως magis in usu est,[8] Aristoteli,[9] Polybio,[10] Philoni[11] coniunctio ἵνα potior

---

[1] Radermacher p. 128.
[2] Kapff l. l. p. 26.
[3] Kapff l. l. p. 38; Schröfel, De Dionys. Hal. p. 53.
[4] W. Schmid III 85, IV 622; Moulton p. 209.
[5] In Neue Jahrbücher f. kl. Philol. 1891 p. 827; cf. Weißenberger, De Plut., Progr. 1896; Straubing p. 33; Stich, De Polybio in act. sem. Erl. II 205; Thouvenin, De Aeliano l. l.
[6] H. Diel, De enuntiatis finalibus apud Graecorum rerum scriptores posterioris aetatis, Progr., München 1895, p. 34 sq.; Robertson 209; Blaß 228; Schmidt, De Jos. 418 sq.; Jannaris, App. VI 10, 15.
[7] Kühner-Gerth II 16; Hatzidakis p. 226.
[8] Stahl, Syntax p. 24—27.
[9] Ph. Weber, Entwicklungsgeschichte der Absichtssätze, in Schanz' Beiträgen 1884/85 p. 18.
[10] F. Faßbänder, De Polybii sententiis finalibus, Progr., Krefeld 1889; Diel p. 13.
[11] Unna, Die Absichtssätze bei Philo p. 23.

est. In N. To. ἵνα et ὅπως coniunctiones (sq. coniunct.) usurpantur semel ὡς.[1])

ὡς particula finalis ab Atticis praeter Xenophontem rarius adhibita, posteriore aetate oblitterata est, sed ab Iosepho Plut. Arr. atque etiam ab Atticistis adeo frequentata, ut particulas ἵνα et ὅπως numero longe superaret.[2]) Particula ὡς ἂν apud Atticos rara,[3]) apud Polyb. Diodor. Arr.[4]) in N. To. plane deest,[5]) apud Philonem semel exstat,[6]) saepius occurrit apud Iosephum et Atticistas.[7])

Coniunctio ὅπως a posterioribus scriptoribus praeter Plutarchum minus saepe usurpata est quam ἵνα.[8]) Lucianus centies septies habet coniunctionem ἵνα, nonagies ὅπως, trecenties duodevicies ὡς.[9])

β) De modis.

α) Coniunctionem ἵνα coniunctivus subsequitur 620; apud Luc. ex septem et centum ἵνα octo cum optativo iuncta sunt antecedentibus temporibus praeteritis.[20])

β) Coniunctionem ὡς optativus sequitur 584 *καὶ στόματα δὲ ἡμῶν δεσμῷ ἐπείχετο, ὡς μὴ . . . ἀναλίσκοιμεν.* Lucianus tres fere quintas partes particularum ὡς cum optat. conectit.[11])

γ) Particulas ὡς ἂν in una sententia post tempus primarium optativus simulque coniunctivus insequitur 594 *τὴν δὲ . . . παρθένον τῷ ὄνῳ ἐγκατοικίσωμεν . . . ὡς ἂν μὴ εὐθὺς ἀποπνιγείη, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα πᾶν ἔνδον κρυπτόμενον ὡς ἂν αὐτὴν . . . ῥίψωμεν.* Quae particulae ὡς ἂν inde ab Hadriani demum aetate crebro cum optativo iunguntur.[12]) Attici iis perraro coniunctivum addunt neque saepius optativum post praeterita excepto Xenophonte.[13]) Lucianus optativum etiam post tempora primaria admisit,[14]) numquam tamen apud eum particulam ὡς ἂν sq. optat. repperi.

---

[1]) Robertson p. 206.
[2]) Diel p. 13; Schmid IV 88; Robertson p. 206.
[3]) Weber l. l. p. 3 sqq., 115 sqq.; Kühner-Gerth II 386.
[4]) Diel l. l. p. 16.
[5]) Robertson 206; Winer-Schmiedel p. 426.
[6]) Unna p. 27.
[7]) Schmidt, De Ios. 409 sp.; W. Schmid IV 621.
[8]) Diel p. 13; Radermacher 157 sq.
[9]) Heller, Die Absichtssätze bei Luc. 284 sqq.
[10]) Heller 286, 293.
[11]) ibid. 303 sq.
[12]) Schmidt, De Ios. 409 sq.; W. Schmid IV 621.
[13]) Kühner-Gerth II 386 b; Weber p. 3 sqq. de inscriptionibus cf. Riemann, Revue de philologie V 180.
[14]) Heller 303; du Mesnil p. 17.

Optativi et coniunctivi modorum in uno enuntiato vel in unius enuntiati membris post praeterita ex eadem particula finali aptorum ut apud Atticos reperiuntur exempla [1]) ita apud *κοινῆς* scriptores.[2]) Apud Luc. duo inveni exempla cum asini loco praeclare convenientia, quippe quod in ipsis quoque post tempus primarium optativus excipiatur coniunctivo (vel hic illo) Tox. 545 *ὅπερ ὑμεῖς ἐν τοῖς γάμοις τοῦτο ἡμεῖς ἐπὶ τῶν φίλων ποιεῖν ἀξιοῦμεν . . . ὡς μὴ διαμαρτάνοιμεν τῆς φιλίας μηδὲ ἀπόβλητοι δόξωμεν εἶναι* Prom. es in verb. 34 *δέδια τοίνυν μὴ . . . φαίνωμαι . . . μᾶλλον δὲ μὴ καὶ ἄλλο τι τοιοῦτος φανείην.* Quare ego minime intellego, cur Hellerus p. 303 optativum in asino in coniunctivum mutandum esse censeat.

δ) Coniunctionem *ὅπως* post praetoritum a) coniunctivus sequitur 575, 578 exempla Lucianea congesserunt Heller l. l.; Du Mesnil p. 22. b) Indicativus futuri 576 *σκόπει, ὅπως εὐχερῶς . . . τὰ παλαίσματα ἔσται.*

Quae structura mere Attica[3]) *κοινῇ διαλέκτῳ* excepto Plutarcho [4]) et uno loco Philonis hanc particulam omnino bis usurpantis [5]) videtur prorsus incognita esse, apud Luc. quinquies decies occurrit.[6])

In N. To. optativus in sententiis finalibus non exstat [7]) in inscriptionibus Atticis posterioris aetatis particulam *ἵνα* semper coniunctivus subsequitur, *ὅπως* particulam rarissime optativus.[8]) Epictetus unum exemplum optativi in enuntiato finali positi praebet,[9]) Polybius septem exempla Diodorus octo semel post *ὡς* sed centies undeoctogies coniunctivum, Philo etiam post praeterita coniunctivum optativo praeponit.[10]) In chartis Ptolemaeorum aetatis hic optativus non adhibetur, contra interdum in chartis exeuntis secundi p. Chr. n. saeculi, saepius in chartis tertii et quarti saeculi isque crebrius post tempora praesentia (sexies) quam post praeterita (quater).[11])

---

[1]) Kühner-Gerth II 387 sq.; Weber I 135, II 11, 103.

[2]) Diel 22 e Dione Chrysostomo exempla affert H. Geyr, Die Absichtssätze bei Dio. Chr., Progr., Wesel 1897, p. 8.

[3]) Stahl, Syntax p. 360, 3.

[4]) Diel p. 13; Robertson 206; Faßbänder p. 8.

[5]) Unna p. 39 sq.

[6]) Heller p. 318 sq., 321.

[7]) Robertson p. 206; Radermacher 131; Blaß 225, 4,

[8]) Radermacher p. 129.

[9]) Melcher l. l. 87 sq.

[10]) Reik l. l.; Kapff l. l. 69 sqq.; Reik l. l. p. 125 sqq.; Unna p. 31.

[11]) Harsing p. 33.

5. De enuntiatis concessivis.

Particula *καίτοι* ad participium adicitur in as. 616 *καίτοι ἐμπεπλησμένος* ut raro apud Atticos[1]) frequentissime apud posteriores scriptores;[2]) quam particulam etiam Atticistas in deliciis habuisse apparet e locis a Schmidio I 160, 365; II 219; III 243; IV 361 allatis. Lucianus quinquies *καίπερ* usurpat (conviv. 450); dial. mort. 442; tyrannicid. 143; de paras. 839, 869) reliquis locis semper *καίτοι* legitur.[3])

6. De enuntiatis declarativis.

α) De particulis.

Crebro particula *ὅτι* adhibetur 572, 576, 581 (bis) 584, 585, 587, 589, 591, 594, 616, 623 vel post verbum *οἶμαι* 587 rarius *ὡς* 580, 600, 601, 602, 619, 622, quae e sermone cotidiano mature evanuit[4]) — in N. To. eius nullum iam vestigium est[5]) — sed ab Atticistis eo magis frequentatur; particulam *διότι* a posterioribus hiatus potissimum evitandi causa saepe in usum vocatam[6]) nusquam vidi.

β) De modis.

Antiquo more optativus sequitur.

α) Praesentia historica[7]) 580 *ἀγγέλλει πρός με ἡ Π., ὡς ἡ δέσποινα αὐτῆς μέλλοι*[8]) *πέτεσθαι* ... 589 *ἔρχεται ἀγγέλλων ὅτι ξένος ταύτῃ παριέναι μέλλοι καὶ πολὺν πλοῦτον κομίζοι.*[9])

β) tempora praeterita: *καὶ τῶν λῃστῶν δὲ ἤκουον, ὡς οὐκ εἴη*[10]) *ἔτι πολὺ τῆς ὁδοῦ λοιπόν* 588; *καὶ τοῦτόγε ὁ τολμηρὸς παῖς ἐλθὼν μου κατεψεύσατο εἰπών, ὡς ... ἐμαυτὸν ἐνσείσαιμι*[10]) *τῇ ἑστίᾳ* 601; *ὑπηρέτουν ἐννοούμενος ὡς οὐδὲν εἴην*[10]) *κακίων* ... 619; *ἔλεγον κάτωθεν, ὅτι γυνή με Θετταλὴ ὄνον ποιήσειε*[10]) 622.

In sermone communi optativus obliquus indicativi loco non reperitur.[11]) Apud Diodorum optativus obliquus undetricies pro indicativo ponitur, verum quadringenties septuagies quater in-

---

[1]) Krüger 56, 13, 2.
[2]) W. Schmid IV 620; Böhner, De Arriano p. 51.
[3]) Polybius particulam *καίπερ* frequentat; in N. To. semel apparet (Blaß 253).
[4]) Hatzidakis, Einleitung p. 19; Moulton 336.
[5]) Moulton p. 336.
[6]) Kälker, Leipziger Studien III 243 sqq.
[7]) Krüger 54, 6, 2; Kühner-Gerth II 361.
[8]) Codices consentiunt.
[9]) Codex A unus exhibet formam *κομίζει* (cf. p. 5).
[10]) Codices consentiunt.
[11]) Radermacher 133; Blaß 224 sq. In chartis Aegyptiis p. Chr. n. scriptis huius optativi nullum vestigium est (Harsing p. 31).

dicativus non immutatur;[1]) apud Polybium optativus obliquus tricies pro indicativo apparet, ducenties sexies decies indicativus in usu est;[2]) apud Philonem optativus obliquus semel pro indicativo adhibetur, nonagies semel indicativus praefertur.[3])

In asino post tempora praeterita indicativus usurpatur 568 *οἱ δὲ ἔλεγον, ὅτι ἀργύριον ἱκανὸν ἔχει* 585 *ἐλογιζόμην, ὅτι . . . ἔσομαι* 602 *ἅπαντες ἐπῄνουν τὸν σύμβουλον, ὡς εὖ λέγει.*

7. De enuntiatis relativis.

Optativus potentialis legitur 604 *ἡ Νέμεσις ἤγαγε κἀμοὶ τὸν δεσπότην, οἷον οὐκ ἂν εὐξαίμην.*

Optativi potentialis prima persona apud Polybium ter (Reik p. 13) apud Diodorum bis (Kapff p. 38) apud Philonem semel exstat (Reik p. 109).

Optativus obliquus reperitur 616 *εἶπε κατηχεῖν, ὅσα ποιῶν μάλιστα ψυχαγωγεῖν αὐτὸν δυναίμην* (pro *δύνωμαι ἄν*). Huiusmodi optativus a. N. To. abest,[4]) Polybius tria exempla praebet, Philo unum.[5])

8. De enuntiatis interrogativis.

Praeterita sequitur *α*) indicativus 568 *ἠρόμην, εἴπερ ἐπίστανται* item 581, 611.

β) Optativus; *αα*) indicativi loco 569 *ἠρόμην, εἰ ἔνδον εἴη* 613 *ἐγὼ δὲ βουλόμενος μαθεῖν, τίνες εἶεν οἱ βοῶντες.* Quem optatitvum a. N. To. alienum[6]) Polybius numquam usurpat Philo perraro, Diodorus quinquies,[7]) novies hic coniunctivo utitur, Dionysus Halicarnassensis novies.[8])

ββ) Coniunctivi dubitativi loco 585 *ἐσκοπούμην, ὅτι καὶ καταφάγοιμι* 607 *δεινῶς αὐτοὺς ἡ θεὸς ἐδυσώπησε . . . καὶ οὐκ ἔχουσα ὅπως ὁδεύοι* contra indicativus 619 *σφόδρα ἠπόρουν, ὅπως ἀναβήσομαι τὴν ἄνθρωπον.*

Futuri in coniunctivi dubitativi locum substituti ex Atticis scriptoribus exempla quaedam attulerunt Stahl[9]) et Krueger.[10]) In sermone vero vulgari futurum saepe coniunctivi partes suscipit[11])

---

[1]) Kapff p. 63.
[2]) Reik p. 21, 89.
[3]) ibid. 121, 191.
[4]) Buttmann § 139, 29; Matth. 14, 7 *ὡμολόγησε ν|αὐτῇ δοῦναι ὃ ἂν αἰτήσηται.*
[5]) Reik p. 54, 140.
[6]) Blaß 224 sq.
[7]) Reik 37, 191: Kapff 64 sq.
[8]) Schröfel l. l. 67.
[9]) p. 359.
[10]) § 53, 7, 2, 3.
[11]) Radermacher p. 141; Schmid IV 620; Hatzidakis 218 sq., 300; Dieterich

similiter dicit Lucianus in dial. deor. 278 *οὐκ εἶχεν, ὅτι χρήσεται αὐτοῖς* alia exempla perhibet du Mesnil p. 14.[1])

9. De enuntiatis timendi.

Verborum timendi praeterita insequitur *a*) indicativus; *αα*) praesentis 583 *δείσαντες μὴ τοῦ χόρτου κοινωνὸς αὐτοῖς ἐπεισέρχομαι;*[2]) *ββ*) futuri *ἅμα ἐδεδίειν, μή που ἄρκτος ἢ λέων ἀναπηδήσεται* 621; b) coniunctivus simulque indicativus 619 *τοῦτό μ' εἰς δέος οὐχὶ μέτριον ἦγε, μὴ οὐ χωρήσασα ἡ γυνὴ διασπασθῇ κἀγὼ ὥσπερ ἀνδροφόνος καλὴν δώσω δίκην.*

Indicativi in talibus sententiis usus ab Atticis non abhorret.[3]) Diodorus aut Philo nullum eius generis praebent exemplum,[4]) complura Plutarchus, Polybius, Iosephus,[5]) tria Novum Testamentum.[3]) Apud Luc. indicativum legi in Herc. 85 *ἐδεδίειν, μὴ δόξαιμι . . . κᾆτά τις ἐπιπλήξει μοι.*

c) Optativus obliquus 605; *ἔτρεμον ἑστώς, μή ποτε χρεία τῇ θεῷ καὶ ὀνείου αἵματος γένοιτο.*

In N. To. optativus in enuntiatis timendi non occurrit,[6]) apud Diodorum semel,[6]) apud Polybium bis, apud Philonem numquam, aliquotiens apud Iosephum, apud Dionys. Halicarn. quater,[7]) apud Dionem Chrysost. quater contra duodecies coniunctivus (H. Geyer p. 16 l. l.).

10. De enuntiatis condicionalibus.

αα) de forma temporali: ad declarandam rem exspectatam adhibetur a) coniunctio *ἤν* (vel semel *ἄν*) sequente coniunctivo *καὶ πίεται οἶνον οὗτος ὁ ὄνος, ἤν τις αὐτῷ ἐπιδῷ* 616, 592, 587.

Pro coniunctivo Atticorum more *εἰ* ponitur sequente optativo 602 *καὶ ζῆν οὐκέτι ἐθέλειν ἔφην, εἰ γενοίμην εὐνοῦχος* item 611, 618; hic optativus a N. To. abest.[8])

b) in protasi *εἰ* cum coniunctivo aoristi, in apodosi indicativus praesentis 572 *εἰ μή τις ὑπακούσῃ αὐτῇ, τοῦτον τῇ τέχνῃ ἀμύνεται.*

---

l. l. 205, 243; Reinhold 101 sq.; Krumbacher zu Romanos p. 216, 266; de Heliodoro Fritsch 33; de Xenoph. Ephes. Mann p. 27.

[1]) cf. etiam Remacly observ. in Luc. Hermot. I p. 24.

[2]) Hanc lectionem omnes codices praebent praeter g.

[3]) Krüger 54, 8, 2; Iannaris § 1938; verum indicativus futuri apud Atticos perrarus est Kühner-Gerth II 394; apud Diod. Polyb. Ioseph. singula extant, exempla (Diel 11) in N. To. duo (2. Cor. 12, 20 ad Gal. 4, 11).

[4]) Kapff 70; Unna 15.

[5]) Diel p. 11.

[6]) Buttmann § 139, 48; Radermacher l. l.; Kapff p. 70.

[7]) Faßbänder p. 8 sq.; Reik 124; Unna 15; Schmidt, De Ios. 405; Schröfel 73.

[8]) Radermacher p. 133; Blaß 225.

Quem coniunctivum simplici coniunctioni εἰ additum antiquorum exemplis, quamvis raro in soluta Atticorum oratione inveniatur, non plane destitutum esse testatur Krueger (54, 15, 3; 17, 3),[1]) recentiore autem aetate similia frequentantur.[2]) Inscriptiones in talibus sententiis aoristi tantum coniunctivum exhibent.[3]) Lucianei usus exempla, quae Schwidopius emendare male conatur,[4]) conscripsit du Mesnil p. 24.

ββ) de forma potentiali: potentialis periodus plena, quae legitur 574 *φεύγοις ἄν, εἶπεν, ὦνεανίσκε, εἴγε νοῦν ἔχοις καὶ ζῆν ἐθέλοις* rarissima est apud Polybium (quater)[5]) et Diodorum (quater), nusquam exstat in libris LXX aut in N. To.[6]) In papyris Harsing duo sese repperisse affirmat exempla, quorum alterum secundi a. Chr. n. alterum secundi p. Chr. n. saeculi est.[7]) Philo viginti duo exempla praebet, sed octogies semel aliis utitur structuris.[8])

In apodosi indicativus legitur pro optativo cum *ἄν* 582 *ῥόδα μόνα εἰ φάγοις, ἀποδύσῃ μὲν αὐτίκα τὸ κτῆνος.* Hanc dicendi rationem ab Atticis scriptoribus non raro esse usurpatam, ut dubiae condicioni consecutionem certam opponerent, probat Kuehner-Gerth II 478 b. De posterioris autem aetatis usu dicit Schmidius I 98: „Die Späteren haben daraus eine stehende Form des Bedingungssatzes gemacht“. Plurimisque deinceps Atticistarum exemplis id demonstrat. In eo, qui *περὶ ἑρμηνείας* inscribitur libro una illa forma deprehenditur,[9]) eadem longe praevalet apud Philonem,[10]) Basilium,[11]) Synesium,[12]) saepe ea utitur etiam Alciphro, In papyris et in N. To. eius generis exempla rarissima sunt.[13])

Semel in protasi talis sententiae vel optativum futuri occurrere iure mireris 580 *εἰ δέμοι καιρὸς ἐπιτρέψοι,*[14]) *πειράσομαι παρασχεῖν σοι τὸ ἰδεῖν* 580. E vulgari enim sermone optativus futuri post Atticam aetatem plane excidit[15]) similemque fortunam apud litteratos

---

[1]) item Kühner-Gerth II 474 adn. 1.

[2]) W. Schmid IV 620; Reffel, Der Sprachgebrauch des Agathias, Progr., Kempten 1893/94, p. 23 sq.; Malina, De Polyaeno 1854 p. 61 sq.

[3]) Radermacher 162.

[4]) l. l. spec. III 7 sq.

[5]) Reik, De Polybio p. 88; Kapff, De Diodoro p. 88.

[6]) Blaß 224; Moulton 310 (cf. act. 8, 31).

[7]) Harsing p. 39; Moulton 310 adn. 1.

[8]) Reik, De Philone p. 163, 190.

[9]) Radermacher p. 132.

[10]) Reik 155, 159.

[11]) J. Trunk l. l. p. 57 sq.

[12]) W. Fritz, Die Briefe des Bischofs Synesius v. Kyrene, Leipzig 1898, p. 117 sqq.

[13]) Harsing l. l. p. 43; de Luciano cf. etiam Chabert. l. l. p. 190.

[14]) Hanc lectionem praebent ACM codices, si Jacobitzio fidem habere licet.

[15]) Moulton 236; Robertson 75.

quoque *κοινῆς* scriptores videtur perpessus esse; namque apud Diodorum [1]) et Philodemum prorsus inusitatus est,[2]) paene prorsus in usu esse destitit apud Polybium,[3]) saepius legitur apud Josephum,[4]) apud Strabonem in novem primis libris forma *ἔσοιτο* semel comparet. Sed locus ille eo notabilior est, quod optativus futuri legitur in subiuncta sententia libera, cuius generis exempla apud Atticos perquam rara sunt.[5]) Apud *κοινῆς* vero scriptores vix quicquam eius simile appareat, idem in Atticistas quoque cadere videtur. E Basilio Magno Trunkius duo similia attulit exempla,[6]) unum e charta a. post Chr. n. 581 scripta Harsingius.[7]) Jis temporibus, quibus charta illa orta est, huiusmodi optativos futuri apud scriptores late patuisse docet Usener ad Io. vit. Tychonis p. 55 sq.: „Auch hier tritt der unheimliche Optativ Futuri auf" et p. 70.[8])

γγ) d e f o r m a i r r e a l i: Quae semel apparet neque quicquam habet insoliti 594 (Krüger 54, 9, 2; 3).

Breviter hic mihi liceat comprehendere, quae statui de optativi in asino usu. In enuntiatis liberis optativus potentialis semel, in enuntiatis subiunctis bis isque semper recte adhibetur. Potentialis periodus plena uno loco occurrit.

Optativus obliquus frequenter (sexies decies) emendateque usurpatur his locis:

a) i n d i c a t i v i l o c o: 1. in enuntiatis declarativis post praesentia historica bis, post tempora praeterita quater; 2. in enuntiatis interrogativis bis.

b) c o n i u n c t i v i l o c o: 1. in enuntiatis finalibus semel post *ὡς*; 2. in e. relat. semel pro *ἄν* sq. coniunct; 3. in e. timendi semel; 4. in e. condic. post *εἰ* pro *ἐὰν* positum ter; 5. in e. interrogat. coniunctivi dubitativi loco bis.

O p t a t i v u s i t e r a t i v u s septem locis invenitur semel post *ὁπότε*, sexies post *εἰ*.

C o n t r a A t t i c o r u m u s u m optativus insequitur a) particulas *ἐπάν ἔστ' ἄν 'επειδάν* ut apud Luc. quoque; b) particulas *ὡς ἄν* in sententia finali praecedente tempore primario semel, id quod Atticistarum proprium esse contendit Radermacher l. l. 132; a L u c i a n o v e r o e i u s m o d i s t r u c t u r a a b e s t.

---

[1]) Kapff p. 14.
[2]) Schröfel p. 24.
[3]) Stich 193; Reik 22, 30, 70.
[4]) W. Schmidt l. l. p. 414.
[5]) Franz Faßbänder, De optativo futuri, Diss. Leipzig 1884, p. 36 sq.; Stahl, Syntax p. 327, 2; Gildersleeve syntax p. 131.
[6]) l. l. p. 58.
[7]) l. l. p. 46, 55.
[8]) cf. etiam Jannaris § 1767, 1936, 1953 b.

c) memorandus est denique mirus ille optativus futuri in subiuncto enuntiato libero positus, qui haud scio an asini auctori elegantiae Atticae esse visus sit.

Ex hoc tam frequenti scitoque, universum si spectes, optativi in sententiis subiunctis usu manifesto apparere duco summam inter asini auctorem et Lucianum intercedere similitudinem. Quod quo melius cognoscas paucis exponam, quomodo ii optativum in enuntiatis subiunctis usurpaverint, qui Atticistarum sermonem imitati sunt.

Apud Xenophontem Ephesium quidem optativus iterativus plane deest (Mann p. 27) Achilles Tatius semel eo usus est (post particulam εἰ p. 11, 25 ed. Bekker), Basilius Magnus bis post ὁπότε (Trunk p. 62 adn. 2), Heliodorus undecies (quater in enuntiatis relativis, septies post εἰ numquam post ὁπότε).

Verba timendi nusquam optativus insequitur apud Xenophontem Ephesium (Mann p. 30), Basilium Magnum (Trunk l. l.), semel apud Achillem Tatium (p. 157, 26), quinquies apud Heliodorum (I 16, 22; I 33, 17; II 52, 2; II 31, 31; V 12, 2).[1]

Optativus coniunctivi dubitativi loco positus prorsus abest a Basilio Magno (Trunk l. l.), semel comparet apud Ach. Tat. (p. 158, 15) bis apud Heliod. (II 12, 25; VIII 7, 31) quater apud Xenoph. Ephes. (Mann p. 29).

In enuntiatis declarativis optativus obliquus legitur sexies apud Ach. Tat. sexies apud Basilium (Trunk l. l.) saepius apud Xenoph. Ephes. (Mann p. 28), tricies quater apud Heliodorum.

In interrogativis sententiis indirectis semel apud Basilium decies apud Ach. Tat. quadragies sexies apud Heliod.; de Xenoph. Ephes. tacet Mann l. l.

In enuntiatis finalibus septies apud Basilium, semel apud Xenoph. Ephes. (Mann p. 30) numquam apud Charitonem (Pauly-Wissowa III 2169, 62 sqq.), saepe apud Ach. Tat. et Heliod.

In enuntiatis relativis pro ἄν sq. coniunct. numquam apud Basilium, semel apud Ach. Tat. quinquies apud Heliod.

Apud Tatianum Apologetam optativus in condicionalibus tantum sententiis ter legitur, reliquis omnibus locis, quibus optativus exstat, est optativus potentialis (Heiler, De Tat. Apolog. dicendi genere, Diss. 1911 p. 58).

Ab omnibus his scriptoribus optativum etiam perperam adhiberi, non est, quod exemplis probem.[2]

[1]) Achillis Tatii Heliodorique optativi in sententiis subiunctis usum ipse exploravi, cum Sexauerus et Fritscheus huic rei parum animum intenderint.

[2]) De perverso Agathiae optativi usu egit Reffel p. 24 sq.; de Procopio F. Hartmann, Untersuchungen über den Gebrauch der Modi in den Historien des Prokop aus Cäsarea, Progr., Regensburg 1903, p. 12 sqq.

Quae de atticistarum sectatoribus exposui si comparaveris cum asini auctore facile concedas hunc, cum in tam parvo libro tot optativos in sententiis subiunctis adhibuerit, illis longe praestare proximeque accedere ad Lucianum, in quem etiam optativus iterativus, qui vel apud Atticistarum imitatores numquam aut perraro in usu est, pro paucis asini capitibus frequentatus et optativus obliquus ter vel post tempora praesentia admissus apte quadrant. Contra dissentit ille a Luciano, quod particulam ὡς ἂν cum optativo iunxit et semel optativum futuri posuit. Neque vero ea re adducor, ut asinum spurium esse arbitrer, cum inde appareat asini scriptorem in antiquis litteris multum fuisse versatum.

Quod ad tempus attinet, saepius optativus aoristi (vicies semel) quam praesentis (quater decies) adhibetur. Aetate enim Atticam subsecuta praesentis stirpem aoristo repressam esse iam pridem compertum est.[1]) In papyris inde a quarto a Chr. n. saeculo optativus praesentis omnino non invenitur.[2]) Apud Lucianum in dialogis centum quattuor optativos aoristi numeravi et undequadraginta optativos praesentis; in Alexandro viginti septem opt. aoristi, sedecim opt. praes. in Necyom. decem opt. aoristi, sex opt. praes., ut hac re asini auctor a Luciano minime differat.

d) De nominibus verbalibus.

α) De infinitivo.

Post Alexandri aetatem infinitivus in sermone communi rarior fieri coeptus est maximeque infinitivus futuri, qui in libris LXX et in N. To. paene in usu esse desiit.[3]) In asino infinitivi usus late patet.

α) Subiecti locum tenet ut saepe apud Luc. infinitivus cum articulo coniunctus, qui in sermone cotidiano plus minusve coniunctione ἵνα restringitur,[4]) 579, 591, 600.

β) Obiecti vice fungitur infinitivus cum articulo conexus 580, 584, 594, 608; hoc infinitivi genus Platonici potissimum sermonis esse docet Birklein l. l. p. 75. In N. To. ad infinitivi nominativum et accusativum ex praepositionibus non pendentem rarius articulus adicitur et ubi adicitur plerumque ad notum aliquid

---

[1]) Thumb, Die griech. Sprache im Zeitalter des Hellenismus p. 249; Reik, De Polybio 70, De Philone 107, 116.

[2]) Harsing l. l. p. 20.

[3]) Thackeray 193; Blaß 226 sqq.

[4]) Radermacher 149; Moulton 334; De Atticis v. F. Birklein, Entwicklungsgeschichte des substantivierten Infinitivs in Schanz' Beiträgen III 1 p. 13 sqq. (1888).

refertur (Blaß p. 239), verum ab elegantioribus *τῆς κοινῆς* scriptoribus illa structura frequentatur.[1])

Nudus genetivus infinitivi finali sensu positi apud Atticos e Thucydidis temporibus usitatus [2]) et a posterioribus potissimum scriptoribus saepe usurpatus[3]) cum in asino tum in Luciani libris plane deest.[4])

Praepositiones apud Luc. ad infinitivum adiectae angustis sane finibus continentur; plurima exèmpla reperiuntur in Hermot. (septem) pro laps. (quinque) de paras (quater) de merc. cond. (tria) bina in Abdic. Phalar. Tim. [Amor.] singula in Nigr. Char. Gall. Demon. Prom. Bis acc. Zeux. dial. mort. Ex asino hae sunt memorandae: *δίχα* quae praepositio ut a N. To.,[5]) sic a Luciano abest 616 *δίχα τοῦ μανθάνειν* in papyris non raro occurrit (cf. Amherst Papyr. II 148, 7. Papiri della Societa Italiana I 52, 28; 62, 21; 55, 81; 61, 28 sqq.); *εἰς* 582 *ἐς τὸ μέμψασθαι* 602 *ἐς τὸ μὴ διασπασθῆναι.* Quae structura et ab Atticis et a posterioribus scriptoribus finalis enuntiati loco asciscebatur; [6]) apud Luc. legitur in Anach. 918; Phalar. I 189.

Verba cupiendi, decernendi, orandi, imperandi, faciendi sim. posteriore aetate creberrime coniunctio *ἵνα* subsequitur (cf. Radermacher p. 155: „Es ist überflüssig, mehr Beispiele einer Konstruktion anzuführen, von der sich kein hellenistischer Autor freigehalten hat“); [7]) in asino Attico more semper infinitivus occurrit 571, 584, 620, 622 itemque verba putandi 579, 581, 604, 608, 621, 624 at semel *ὅτι* 587 *ᾠήθην γὰρ ὅτι . . .* Haec structura ab Atticis abhorret illis quidem,[8]) non a N. To.[9]) aut a Luciano.[10])

Mirum videtur, quod ter infinitivus futuri legitur pro praesenti 600 *καὶ ὅλως ἔργον ἦν τῷ ὀνηλάτῃ τῷ ἐμῷ ἀποκτενεῖν με* 613 *πωλήσειν με ἔγνω* contra infinitivus aoristi *ἔγνων αὐτοῦ καταπεσεῖν* 586, 607, 610 *εἰ συγχωρήσειεν αὐτῇ ἀναπαύσεσθαι* 618. Veterum

---

[1]) W. Schmidt, De Jos. 425 sq.

[2]) Brugmann, G. Gr. § 391, 441.

[3]) Schmid IV 40; Unna 44; Blaß 339; Jannaris § 2076; Krumbacher zu Romanos p. 233.

[4]) Schmid IV 609; Du Mesnil p. 35.

[5]) Blaß 242; Mullach 387.

[6]) Kühner-Gerth II 470; Fr. Krapp, Der substantivierte Infinitiv abhängig von Präposit. und Präpositionsadv., Heidelberg 1892; Jannaris § 2075; Blaß 241; Moulton 349.

[7]) cf. etiam Hatzidakis p. 214; Reinhold p. 105 sq., Rhein. Mus. 1901 p. 204; Unna p. 48; Usener, Der hl. Theodosius p. 163.

[8]) Krüger p. 65, 1, 4.

[9]) Blaß p. 237.

[10]) W. Schmid I p. 242.

scriptorum huius usus exempla protulit Lob. ad. Phrynich. 747; de *κοινῆς* scriptoribus fuse egit Hatzidakis p. 142 sq., 190 sq. de Polybio Vaelkerus Leipz. Stud. III p. 281.[1]) In papyris similia frequentantur,[2]) a N. To. paene prorsus absunt.[3]) Apud. Luc. haec repperi *ἀξιοῦμέν σε βοηθήσειν* pisc. 146; *νοσοῦσι μὲνἴσως ἀνθρώποις χρήσιμος ἐπιθήσειν* . . . deor. dial. 236; *καὶ σὲ ἀξιοῦμεν τιμωρήσειν ἡμῖν* pisc. 597; *ἦ που τοὺς λίθους ἁλιεύσειν διέγνωκας*; pisc. 615; *τί καὶ πράξειν διέγνωκας*; Nigr. 56.

Verbum *ἔοικα* apud Luc. plerumque (sexies decies) infinitivus futuri insequitur, septies infinitivus praesentis (dial. deor. 249, 255; dial. mar. 304; dial. mort. 409; de luct. 930; Bis acc. 810; Pseudosoph. 576) in asino infinitivus futuri legitur 571 *ἔοικα δὲ ἐνταῦθα διατρίψειν.*

Verbum *μέλλω* sine ullo discrimine et futuri (590, 608) et praesentis (590) infinitivus sequitur ut apud Atticos[4]) et apud Luc.[5])

Infinitivus finalis idemque consecutivus occurrit 607 *τοῦτον ὁ μάγειρος σκευάσαι λαβών* 610 *καὶ τότε μέν με ἀναπαύσεσθαι ἔνδον ἀφῆκαν* 611 *οὗτος γὰρ εἶχε κῆπον λαβὼν γεωργεῖν* 612 *τὸν μὲν κῆπον αὐτοῦ ἐπέδωκε συνεργῷ τινι γεωργεῖν* similiter 618.

Quae structura Attica recentioribus scriptoribus iam non erat usitata,[6]) potius enim *ὥστε* ponebant, frequentatur vero ab Atticistis.[7])

Infinitivi ex adiectivis dependentis, qui idem valet atque Latinum supinum in -u desinens[8]) e N. To. Blaß p. 233 unum affert exemplum („sonst nicht üblich"); apud Luc. cognoscas permulta ut *φοβερὸν ἰδεῖν* dial. mar. 327; *καλὸν ἰδεῖν* ibid 322 sqq. similia in asino *τὸ δὲ οἰκίδιον τὸ ἐμὸν ὁρᾷς ὡς ἔστι . . . εὔγνωμον τὸν οἰκοῦντα ἐνεγκεῖν* 591 *ἀποδιδράσκειν ἕτοιμον* 617 *ἐπιβαίνειν χαλεπόν* item 598.

Hunc infinitivum quomodo sermo vulgaris explanaverit, intellegas ex his N. Ti. locis[9]) *βραδεῖς τοῦ πιστεύειν* (Luc. p. 24, 25) *ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι* (Jacob. p. 1, 19) simile

---

[1]) cf. etiam Schmid I p. 96; E. Schwartz, Berl. phil. Wochenschr. 1906 p. 871; Polyb. I p. 10, 2; 20, 2; 43, 6; 79, 3; IV 47, 3; III 109, 3; V 14, 11.

[2]) Moulton p. 323 adn. 1.

[3]) Ibid. Acta enim si excipias nullus omnino exstat infinitivus futuri (Blaß p. 201, 206).

[4]) Krüger p. 53, 8.

[5]) cf. Iup. trag. p. 693; Demon. p. 374; Hermot. p. 785; pro laps. p. 734 sqq.; saepius vero infinitivus futuri occurrit.

[6]) Blaß p. 227; Schmid IV p. 81.

[7]) Schmid I p. 242; II 56; III 59 sq.

[8]) Stahl, Syntax p. 602, 2.

[9]) cf. Blaß p. 240; Buttmann p. 140, 2.

exemplum in asino vidi 576 *σὺ δὲ ἕτοιμος γίνου ἐς τὸ ὑπακούειν* (contra v. 591).

Infinitivum passivi generis ex adiectivis aptum non repperi; de Luc. videas Bielerum de Cynico p. 11.

β) De participio.

Genetivus absolutus in vulgari sermone persaepe pro participio coniuncto usurpatus[1]) in asino non apparet. E. Luciano commemoro Anach. 885 *αἵματος αὐτῷ καὶ ψάμμου ἀναπέπλησται τὸ στόμα πὺξ ὡς ὁρᾷς παχθέντος.*

Participium perfecti ex Atticistarum et sermonis communis consuetudine qualitatem significat[2]) 592 *τόλμημα καὶ ἄξιον ἀπονενοημένου*[3]) *νεανίσκου* (item in Luc. dial. mort. 411).

Verborum impersonalium accusativus absolutus fines ab Atticis constitutos non egreditur[4]) in his *δέον* 598; *δόξαν* 612. Hic accusativus posteriore aetate usurpari desitus est (Schmid III p. 78: „Die *κοινή* braucht dafür den Genetiv absolutus"),[5]) Atticistae eum frequentabant.[6])

Pro simplici verbo finito participium cum verbo auxiliari *εἶναι* iunctum vidi *οὐκ ἦν ἐξόν* 584 *ἤμην αὐτῶν καταγνοὺς ἄγνοιαν* 614. Similia apud Atticos quoque leguntur,[7]) sed participium aoristi poetarum et posterioris aetatis scriptorum proprium est;[8]) apud Luc. occurrit in Gall. 731 *ἀποσκώψας ἔσῃ.*

Particula *ἄν* ad participium adiecta *ὡς ἂν αὐτὸς διδάξας* 620 non discrepat ab Atticorum usu,[9]) at participio futuri addita[10]) ut 595 *ἐγὼ δὲ ἀνέστενον ἑαυτὸν ὡς ἂν ἀποσφαγησόμενος* contra deest 602 *ὡς ἀπολέσων.* E. Luc. Schmidius I 245 duo exempla affert, quibus adicio Char. 510 *ὡς ἂν καταπεσούμενοι* et patriae enc. 232. In N. To. particula *ἂν* nullo loco participio additur (Blaß 258).

---

[1]) W. Schmid IV p. 80; Schmidt, De Ios. p. 435; Blaß p. 256; Johannessohn p. 46; Viereck, Sermo Graecus p. 69; Witkowski l. l. p. 153; de papyris Deißmann, Licht vom Osten p. 91.

[2]) W. Schmid I p. 241, IV 617; Krüger p. 56, 9, 3 sq.

[3]) Thuc. VII p. 81, 5 *ἀνθρώπους ἀπονενοημένους* Xen. Hell. VII 5, 12.

[4]) W. Schmid III p. 78.

[5]) In libris LXX bis legitur *παρόν* (Johannessohn p. 82) in N. To. *τυχόν* (1. Cor. 16, 6) Blaß p. 257; apud Polyb. saepe legi formam *δέον*, numquam *δόξαν* contra *δόξαντος* l. V 49, 6 Hultsch; *δοξάντων δὲ τούτων* V 2, 1 sqq.

[6]) W. Schmid IV p. 618.

[7]) Kühner-Gerth I 38 adnot. 3.

[8]) Robertson 194; Blaß 198; Moulton 358; de Atticistis Schmid I 117, 261; II 99 sq.; III 112; IV 157.

[9]) Krüger 54, 6, 6.

[10]) ibid.

Participium e verbis *οἴχομαι* (582, 591, 607) *τυγχάνω* (588, 619) *συνίημι* (587) *αἰσθάνομαι* (582) aptum in N. To. nusquam in usu est;[1]) in papyris participium frequentissime conectitur cum verbo *τυγχάνω*.[2])

Participium aoristi cum verbo *ἔχω* coniunctum *σκευάσασα ἔχω* (as. 588) modo cum antiqua tum recentiore aetate adhibito respondet;[3]) idem apud Luc. repperi Alex. 264 *ὃν ἐγὼ ἔχω θαυμάσας* Lexiph. 342 *ὅπου κατακλείσας ἔχεις*.

Multis locis ad verbum finitum participium apponitur ut 570 *κατάθες λαβοῦσα* 570 *ἡ δὲ πάντα ἔφερε λαβοῦσα εἴσω* 570 *ἡμεῖς δὲ λουσάμενοι ἀναστρέψαντες εἴσω εὐθὺς παρήλθομεν* 575 *καί με ἤδη ἀπεσφαγμένον λαβοῦσα δεῖρε* 580 *ἄγει με λαβοῦσα* 582 *ᾤχετο πετομένη* 591 *οἱ δὲ οἴχονται ἀπιόντες* 602 *τὰ μὲν ξύλα πάντα χαμαὶ ἐσκόρπισεν ἀποσεισάμενος* 605 *τοῦτον . . . πόθεν ἄγεις λαβοῦσα* 607 *δόξει γὰρ ἀποδρὰς οἴχεσθαί ποι* 611 *εἶχε κῆπον λαβὼν γεωργεῖν*.

Quae dicendi ratio Atticistarum orationis elegantiam consectantium maxime propria est.[4]) Exempla Lucianea collegerunt Guttentagius de Tox. p. 43 et Sommerbrodtius ad Tim. cap. XXVIII. Ceterum participium *λαβὼν* omnibus temporibus sic videtur usurpatum esse.[5])

3. De particulis.

a) De negationibus.

Ut apud omnes recentioris aetatis scriptores etiam apud Atticistas, ita in asino negationes *μὴ* et *οὐ* confunduntur.[6]) De N. To. dicit Blaß p. 258 sq.: „Für die *κοινὴ* des Neuen Testaments läßt sich im wesentlichen alles unter die eine Regel bringen, *οὐ* negiert den Indikativ, *μή* die übrigen Modi einschließlich Infinitiv und Partizip".

In asino negatio *μὴ* pro *οὐ* ponitur 1. in enuntiato declarativo post *ὅτι* 581 (contra *οὐ* 623) 2. ad participia condicionali notione carentia[7]) 569 *τράπεζα μηδὲν ἔχουσα* 574, 583, 586, 610, 610, 615, 621 contra recte *οὐ*: 571, 575, 586, 596, 600, 602, 607, 610.

---

[1]) Blaß 250 sqq.

[2]) Moulton 361.

[3]) Krüger 56, 3, 6; Valckenaer ad Eurip. Phoeniss. 268; Robertson l. l.

[4]) W. Schmid III 78; IV 80, 619.

[5]) Schmid IV 619; Blaß 253.

[6]) Schmid I 245 sq.; III 87; IV 89; du Mesnil 41 sqq; E. L. Green, *μὴ* for *οὐ* before Lucian. In den studies in honor of Gildersleeve 1902 p. 471 sqq.; Melcher, De Epicteto 91; Moulton 231 sqq. Birke de particularum *μὴ* et *οὐ* usu Polybiano Dionysiaco Diodoreo Straboniano, Leipzig 1897.

[7]) Krüger 56, 12, 3.

Pronomen indefinitum *τις* etiam post negationes usurpatum ut 589 *οὔτε ἐμφαγεῖν τι ἤθελεν οὔτε πιεῖν* sine dubio pro atticismo est habitum.[1]) Apud Xenoph. Ephes. (Mann 35) et Heliod. (Fritsch II 26) hic usus frequens est; apud Luc. hoc vidi exemplum ver. hist. 93 *οὔτε δειπνῆσαι οὔτε ὑπνῶσαί τις ἡμῶν ἤθελεν.*

Bis simplex negatio *οὐδέ* ponitur pro duplici *οὔτε — οὐδέ* 589 *χρυσίον μὲν οὐδὲ ἀργύριον οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν κομίζοντες* 619 *συνουσίας, ἀλλ' οὐδὲ τῆς ὄνοις συνήθους ἔτυχον* . . . Hic usus apud poetas tantum et apud Thucyd. interdum reperitur.[2]) Knautio illos locos emendare conanti[3]) particula negativa primo membro addenda ego quidem minime assentior, praesertim cum apud Luc. quoque eiusdem generis exemplum legerim *ἔντερον δὲ οὐδὲ ἧπαρ ἐν αὐτῇ φαίνεται* (ver. hist. I 90). Quam structuram a Luc. sonsulto ut Atticorum propriam esse arcessitam arbitror; apud *κοινῆς* enim scriptores, quamvis studiose in eam rem ipse inquirerem[4]) nihil tale repperi nec secus de ceteris Atticistis res se habere videtur.

β) De adverbiis.

Pro simplici adverbio posteriores scriptores non raro verborum circumscriptionibus utebantur.[5]) In asino hanc cognovi *ἐκ τότε* 613 eandemque in Luc. Pseudosoph. 572.

γ) De praepositionibus.

α) de praepositionibus cum uno casu coniunctis. *ἀντί* praepositio, quae apud *κοινῆς* scriptores[6]) et in papyris[7]) rarescere incipit et in inscriptionibus Magnesiae et Pergami plane deest,[8]) a Luc. frequentatur;[9]) in asino legitur 582 *ὄνος ἀντὶ ὄρνιθος γενόμενος.*

Praepositione *πρό* sq. gen. poetarum more regio significatur[10]) 618 *ἐξωσθεὶς πρὸ τοῦ δωματίου* apud Luc. nullum tale vidi exemplum.

Praepositio *δίχα*, quae apud *κοινῆς* scriptores haud raro

[1]) W. Schmid IV 72, 623; Phrynich. p. 2, 3 Lobeck.
[2]) Krüger 69, 50 adnot.
[3]) Knaut l. l. p. 48.
[4]) Grammatici quos consului, eius rei nullam faciunt mentionem.
[5]) du Mesnil p. 48.
[6]) Blaß 126; F. Krebs, Die Präposit. bei Polyb. 33; Radermacher 166 adn. 1; Müller, De Telete p. 38.
[7]) Roßberg, De praepositionum Graecarum in chartis Ptolemaeorum aetatis Aegyptiis usu, Jena 1909, p. 18.
[8]) Radermacher p. 115.
[9]) v. Jacobitz. ind. s. v.
[10]) Kühner-Gerth II 394, 2, 1.

deprehenditur,[1]) contra a N. To. abest,[2]) bis occurrit *δίχα τῆς φωνῆς* 582; *δίχα τοῦ μανθάνειν* 616; apud Aristidem semel legitur, saepe apud Dionem,[2]) apud Lucianum non invenitur nisi in amoribus (439), de quorum auctore dubitatur.[3])

Praepositio *ὀπίσω*, quae in libris LXX, N. To., apud Polybium[4]) reperitur, comparet 585 *ὀπίσω τῆς αὐλῆς* 599 *ὀπίσω τῶν ξύλων*. In Luciani scriptis nullum vidi locum, ubi praepositio *ὀπίσω* poterat usurpari.

Iam transeam ad praepositionem *ἐκ* illustrandam, quae in sermone vulgari maxime frequentata,[5]) sed paullatim praepositione *ἀπό* repressa est;[6]) in asino septuagies bis *ἐκ* reperitur, undecies *ἀπό*, Dionysus Halic. praepositionem *ἀπό* multo rarius usurpat quam *ἐκ*,[7]) apud Tatianum undecies *ἐκ* occurrit duodequadragies *ἀπό*,[8]) apud Synesium duodenonagies *ἀπό*, nonagies semel *ἐκ*.[9])

Usus huius praepositionis nihil habet insoliti nisi quod genetivi partitivi locum obtinet 591 *λαμβάνεταί με ἐκ τῆς οὐρᾶς* (contra 572 *καί με τῆς χειρὸς λαβομένη*) *ἐκ τῆς φορβειᾶς ἐπιλαβομένη* 619; haec structura apud Luc. frustra quaeritur; in sermone communi similia frequentantur. (v. supr. sub genet. partit. p. 29.) verbo passivo additur (pro *ὑπό*) 606 *ἔπασχον ἐκ τοῦ κωμήτου* ut perraro in soluta Atticorum oratione,[10]) saepius apud poetas tragicos, ab Herodoto et Arriano frequentatur;[11]) simile exemplum e Luciano mihi praesto est *ὁπόσα ἐκ Κλωθοῦς πάσχετε* Cronos. 395.

Cum verbo *ῥίπτω* Lucianus semper coniungit praepositionem *ἀπό* vel *ἐκ*[12]) eaedem adhibentur ab asini auctore 590 *ῥίψωμεν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ* 602 *ῥῖψαι ἑαυτὸν ἐκ τοῦ ὄρους*.

---

[1]) Radermacher 117; apud Heliod. bis occurrit (Fritsch 13) item apud Synesium Fritz 135 sqq.; de papyris v. supra.

[2]) Schmid II 95, I 115.

[3]) R. Bloch, De Pseudo-Luciani amoribus, Diss. Straßburg 1907.

[4]) Blaß 130.

[5]) Radermacher 115; Blaß 128; Roßberg 23.

[6]) Blaß p. 128.

[7]) Tegge, Quaestionum de Dion. Halic. usu praeposit. spec. I, Diss. Greifswald 1876, p. 19.

[8]) Heiler p. 47.

[9]) Fritz l. l.

[10]) Krüger 52, 5, 2; Kühner-Gerth p. 460; Bernhardy 228.

[11]) H. Grundmann, Quid in Arriani elocutione Herodoto debeatur, Diss., 1885, p. 57; Böhner, De Arriani dicendi genere p. 41; de Polybio videas Krebs p. 63.

[12]) Przybilla, De praepositionum *ἀνὰ* et *κατὰ* usu Lucianeo, Diss. Königsberg 1883, p. 15, 17 adnot. 2.

β) De praepositionibus cum dativo iunctis.

Praepositio *σὺν*, quae in sermone communi cedere incipit praepositionibus *ἅμα* et *μετὰ* ab Atticistis praefertur.[1]) In asino octies reperitur 595, 608, 612, 618, 620, 623, 623 ter *ἅμα* 608, 612, 625 bis *μετὰ* (v. infra). Nusquam praepositio *σὺν* vel *μετὰ* cum nomine abstracto coniuncta occurrit ut saepe apud posteriores scriptores.[2])

Praepositio *ἐν* causam significat 582 *ἐν τῇ ὁμοιότητι τῶν πυξίδων* similiter in Luc. piscat. 610 *λελήθασιν ἐν τῇ ὁμοιότητι τῶν ἄλλων σχημάτων* modum indicat 615 *ἐν γέλωτι* haec locutio Luciano in deliciis est.[3])

γ) De praepositionibus cum accusativo copulatis.

Praepositio *ὡς*, de qua Radermacher l. l. p. 115 dicit: „*ὡς*, wo es sich in dieser Zeit als Präposition findet, ist ein Zeichen attizistischer Gelehrsamkeit“, bis occurrit 610 *ἤλαυνενὡς ἑαυτόν* 623 *καί με οἴκαδε ἦγεν ὡς ἑαυτόν*. In inscriptionibus Atticis quater reperitur,[4]) saepenumero apud elegantiores *κοινῆς* scriptores,[5]) in papyris plane deest,[6]) item apud Xenoph. Ephes. singulis locis usurpatur ab Achille Tatio et Tatiano, bis a Synesio,[7]) vicies ab Heliodoro,[8]) saepe etiam a Luciano.[9])

Locutio *ἐς δέον*, quae in asino 619 deprehenditur, a Luciano valde adamatur (Herod. 837; quom. hist. conscr. 62, 69; Alex. 215; Char. 488; Zeux. 842; Iup. confut. 635 sqq.).

b) De praepositionibus cum duobus casibus iunctis.

Lucianus cum verbo *παίω* plerumque praepositionem *κατὰ* vel *εἰς* vel accusativum coniungit;[10]) eaedem usus rationes etiam in asino deprehenduntur: 584 *κατὰ τῶν μηρῶν ἔπαιε* 598 *ἀεὶ ἔπαιεν ἐς τὸ αὐτὸ τοῦ μηροῦ* 583 *ἡμᾶς ξύλοις παίοντες*.

---

[1]) Tycho Mommsen, Beiträge zur Lehre von d. griech. Präposit., Berlin 1895, p. 4; Krebs p. 3; Roßberg p. 30; Kuhring p. 35; Schmid IV 625; apud Xenoph. Ephes. octies *σὺν* quadragies septies *μετὰ* legitur (Mann p. 16).

[2]) Krebs p. 34 sq.; Mommsen p. 4; Krumbholz, De Appiano p. 14 sqq.

[3]) Funk, De Demonacte p. 581.

[4]) M. Geyer, Observationes epigraphicae de praep. Graec. forma et usu, Diss. Altenburg 1880, p. 34.

[5]) Krebs, Präpositionsadverb. II 61 sq.; de Luciano vid. Jacobitzi indicem s. v.

[6]) Roßberg p. 33.

[7]) Mann l. l.; Heiler l. l.; Sexauer 72; Fritz l. l.

[8]) I 15, 31, 19, 2; IV 19, 11; VI 3, 15; VII 14, 13, 18, 31 sqq.

[9]) cf. Jacobitzi indicem s. v.; Schwidop l. l.

[10]) Przybilla l. l. p. 22.

Posterioris aetatis scriptores veluti Polybius Diod. Sext. Emp. scriptores ecclesiastici Xenoph. Ephes. Ach. Tat. Heliod. Tatian. Synes. praepositionem κατὰ sq. accusat. summopere frequentant, cum genetivus raro adhibeatur;[1]) ab his dissentit asini auctor praeposit. κατὰ ter cum genetivo (577, 578, 584), quater cum accusat. coniungens.

Praepositio ὑπὲρ (sq. gen.) ad locum pertinet 585 καὶ ῥόδα ὑπὲρ αὐτῶν ἐφαίνετο· qui usus a N. To. plane abest;[2]) item a Xenoph. Ephes. Synesio Tatiano; ex Achille Tatio Sexauer unum, e papyris Roßberg duo attulit exempla, ex Appiano quattuor Krumbholz;[3]) nusquam ponitur pro ἀντί ut apud Polyb. Arr. Xenoph. Ephes. Heliodorum.[4])

c) De praepositionibus cum tribus casibus copulatis.

Praepositio ἀμφί, quae e sermone vulgari prorsus excidit ac ne apud Luc. quidem saepe reperitur,[5]) nusquam occurrit. Idem dicas de praepos. ἀνά, cuius in asino composita tantum in usu sunt.

Praepositione μετὰ (sq. gen.), quae in N. To. multo crebrius adhibetur quam σὺν[6]) communio quaedam denotatur 570 συνανακλίνεσθαι μετ' αὐτοῦ similiter in Luc. Peregr. mort. 335 συνεκάθευδες μετ' αὐτοῦ dial. meretr. 284; alii scriptores in his locutionibus semper dativum (omissa praepos.) usurpant (cf. Aeschyl. Cho. 906; Aristoph. eccles. 1009; Xenoph. conviv. 4, 53 et alibi; Plato leg. 8 p. 838 B; Heliodorus semel ἅμα sq. dat. Aeth. 1, 16 p. 28, 6; Eumath. Ism. I p. 14 s. fin. 29, 5 p. 165 init. Act. 5 p. 146 de cenantibus; Clemens, Alex. paed. p. 271) numquam μετὰ sq. gen. ut Lucianus.

Praepositio παρὰ cum dativo iuncta localem vim habet 589 παρὰ τῇ φάτνῃ de personis dicitur 571 παρ' ἐμοὶ παρὰ σοὶ similiter 572, 596. De N. To. statuit Blaß p. 139: Im N. T. ist lokales παράτινι fast verschwunden" in papyris[7]) nisi de hominibus non usurpatur; apud Polyb. semel, apud Ach. Tat. bis, apud Synes. semel cum dativo rei coniungitur,[8]) saepius apud Xenoph. Ephes.;[9])

---

[1]) Mann p. 16; Sexauer p. 69; Fritsch p. 17; Heiler p. 47; Fritz p. 151.
[2]) Blaß p. 136, 5.
[3]) Mann p. 22; Heiler p. 47; Fritz l. l.; Sexauer p. 71; Roßberg p. 40; Krumbholz p. 42.
[4]) Krebs p. 41; Mann l. l.; Fritsch l. l.
[5]) Roßberg p. 41; Radermacher p. 115; Krebs p. 6; Blaß l. l.; Schmid IV 433; Hilberg, Praef. ad Eust. XX.
[6]) Mommsen-Tycho, Beiträge zur Lehre v. d. griech. Präp. 1895 p. 395.
[7]) Roßberg p. 53.
[8]) Krebs p. 53; Sexauer p. 70; Fritz p. 162.
[9]) Mann l. l.

verbis passivis in asino nusquam additur ut saepe apud posteriores scriptores[1]) etiam apud Luc.[2])

παρὰ cum accusativo personarum coniunctum id quod in N. To. numquam (Blaß p. 139: „Nicht mit Personen verbunden, dafür tritt *πρός τινα* ein“) in papyris bis pro dativo occurrit itemque in epistulis privatis,[3]) in asino ter reperitur 575 *παρ' ἐμέ* 576, 620, saepe apud Luc.; contra falso dativus pro accusat. adhibetur 569 *πέμπει παρ' ἐμοί* (cf. p. 36).[4])

Praepositio *πρὸς* cum genetivo iuncta a papyris et a N. To. aliena (Radermacher p. 117: „*πρὸς* mit dem Genetiv ist gelehrt“) comparet α) in exclamationibus 575 *πρὸς θεῶν* 578, β) verbis passivis adiuncta 612, 618, id quod apud veteres scriptores perrarum est,[5]) ex inscriptionibus Atticis Geyerus unum exemplum expromit[6]) frequentatur vero a posterioribus scriptoribus etiam a Luciano;[7]) plane deest eiusmodi structura apud Tat.[8]) et Xenoph. Ephes. (Mann p. 21: „*πρὸς* mit gen. wird nur durch die Schwurformel gehalten“).

πρὸς sq. dat. apud Polyb. et in N. To. perrarum,[9]) at creberrimum apud Luc.[10]) in asino legitur 597 *εὐφραινόμενος πρὸς τῇ μύλῃ* apud Xenoph. Ephes. haec structura semel exstat, apud Ach. Tat. ter, saepe apud Heliod. Synes. Agathiam, contra abest a Tatiano.[11])

Bis sq. acc. idem valet atque nostrum „bei sich, für sich“ *λέγω πρὸς ἐμαυτόν* 573; *ἐνενόουν πρὸς ἐμαυτὸν* 583 haec structura apud Luc. usitatissima est (Bieler, De paras p. 8); numquam accusativus pro dativo ponitur ut saepe apud *κοινῆς* scriptores.[12])

Praepositionis *ὑπὸ* causalis usus, cuius Rossbergius (p. 59) pauca exempla e papyris affert, a N. To. et Polybio abhorret[13])

---

[1]) Mann p. 20; Fritsch p. 19; Tröger, De Pseudo-Longino p. 49; Krebs p. 53.

[2]) Bis acc. p. 826; cal. non tem cred. p. 149; vot. p. 261; Icaromen p. 776; ep. Sat. p. 385; somn. p. 18; Prom. p. 196; navig. p. 624; c. dat. Pseudosoph. p. 574, 582; Pseudolog p. 164; Phalar. p. 187.

[3]) Roßberg p. 54; Witkowski p. 39, 7.

[4]) cf. Dio Cass exc. p. 15 *ὥς φίλων παρὰ φίλοις ἰόντων.*

[5]) Lutz, De oratoribus Atticis p. 154; Krüger p. 52, 5, 2.

[6]) Observationes epigraphicae de praep. Graec. forma et usu, Diss. Altenburg 1880, p. 32.

[7]) Grundmann l. l. p. 57, 88; Krumbholz p. 55 sqq.; Fritsch p. 20; Scheftlein, De Procopio p. 48; du Mesnil, De Luciano p. 37.

[8]) Heiler p. 46.

[9]) Krebs l. l.; Blaß p. 141.

[10]) du Mesnil p. 37.

[11]) Mann p. 21; Sexauer p. 71; Fritsch p. 21; Fritz l. l.; H. Reffel, Der Sprachgebrauch des Agathias p. 28; Heiler p. 47.

[12]) Krebs p. 117; Radermacher p. 119.

[13]) Blaß p. 127; Krebs p. 54 sq.

atque etiam Plutarcho videtur incognitus esse, nequaquam Iosepho,[1]) in asino ter exstat *ὥστε με ὑπὸ τῆς πληγῆς ὥσπερ στρόμβον ἐξαπίνης στρέφεσθαι* 610; *πρὶν ἢ ὑπὸ τῆς ὀδύνης πάντα . . . ἐξεμέσαι* 586; *ὑπὸ τῶν ξύλων ἀπωλλύμην* 599; apud Xenoph. Ephes. hic usus semel deprehenditur, apud Tat. deest saepe occurrit apud Ach. Tat. Heliod. Synes. Basilium.[2])

ὑπὸ cum dativo coniunctum, quod in N. T. deest in papyris perraro invenitur, apud Polyb. paene prorsus evanuit,[3]) bis occurrit *τὴν νεόνυμφον κόρην ὑπὸ τοῖς λῃσταῖς γενομένην* 603; *τὴν φιάλην ὑπὸ τῇ θεῷ ἔφερον* 609; ab Atticistis haec structura frequentatur,[4]) apud Xenoph. Ephes. semel reperitur, apud Tat. numquam, apud Ach. Tat. sexies, apud Synes. decies, apud Heliod. vicies quater.[5])

Praepositio *ἐπὶ* (sq. gen.) contra Atticorum usum tempus indicat[6]) 591 *ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας* similiter in Luc. dial. mort. 377 *ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας* item ibid. 386; in Philops. 49; Tox. 532; Dem. enc. 519.

Saepe in verbis affectus cum dativo personae copulatur[7]) *ἐγέλων ἐπὶ τῷ μηνύσαντι* 613; *τῶν δὲ ἔτι θαυμαζόντων ἐπ' ἐμοί* 622 item 582, 593, 595, 606, 615, 621 similiter apud Luc. *ἐγέλα ἐπ' αὐτοῖς* (sc. *τοῖς κωμῳδοῖς*) *ἐπ' ἀμφοτέροις καὶ σοὶ καὶ τοῖς ἐπαινοῦσιν ἐγέλων* Lexiph. 349.

Idem valet atque „quod pertinet ad“ 593 *ὅσον ἐπ' αὐτῇ* similiter apud Luc. in catapl. *ὅσον ἐπ' ἐμοὶ* 621; deor. dial. 226 sqq.

Memorandum est denique, cum apud *κοινῆς* scriptores hanc praepositionem multo saepius accusativus quam genetivus vel dativus insequatur,[8]) in asino vicies quater accusativum legi, vicies ter dativum, quinquies decies genetivum.

d) Verba cum praepositionibus composita.

Poetarum more[9]) meri casus insequuntur 580 *τῷ πυρὶ τοῦ λύχνου ἐπέθηκε* 584 *πέτραις ἐπιβαίνων* 598 *καὶ τῷ κουφοτέρῳ προσβαλεῖν* 598 *καί μοι συνεξέπεμπον* (Luc. ver. hist. 91 *συνέπεμψε δὲ ἡμῖν*) 613 *τῇ κιβωτῷ ἐγκείμενον* 597 *τῇ μύλῃ με ὑπεζεύγνυε* 596

---

[1]) Schmid IV 631; Schmidt, De Ios. p. 426.
[2]) Mann p. 22; Heiler p. 47; Sexauer p. 72; Fritsch p. 22; Fritz l. l.; Trunk p. 20.
[3]) Blaß p. 136; Roßberg p. 59; Krebs p. 55.
[4]) W. Schmid IV 624; Du Mesnil p. 39 sq.; Rothstein l. l. p. 42.
[5]) Mann p. 22; Sexauer p. 72; Heiler p. 47; Fritz l. l.; Fritsch p. 22 sq.
[6]) Schmid I 399; Blaß p. 138; du Mesnil p. 35.
[7]) Kühner-Gerth II 502.
[8]) Krebs p. 76; Mann p. 16; Heiler p. 47; Sexauer p. 69.
[9]) Monro, Grammar of the Homeric dialect² § 229.

καί μοι τοῖς κεκτημένοις ἄριστον παρέκειτο 601 *ἐνσείσαιμι τῇ ἑστίᾳ* 603 *ἐπικατέδησέ μοι* 605 *τὴν γλῶτταν τῶν ὀδόντων ὑπερβάλλων* 615 *ἐξανίσταται τοῦ συμποσίου* 620 *συγκατακλείει με τῇ γυναικί* 621 *κρότος πάσης χειρὸς ἐξήλατο* 623 *τοῦ δίφρου ἀναπηδήσας.*

Qui usus ut a *κοινῆς* scriptoribus nequaquam abhorret,[1]) ita frequentatur ab Atticistis.[2]) Quae ex asino attuli exempla, apud Lucianum nusquam vidi, verum permulta alia cognovi, quae omnia enumerare longum est; satis habeo haec apposuisse Hermot. 800 *παρέμενες αὐτῷ* Alex. 221 *πᾶσιν ἐγκατεμίγνυ* Alex. 226 *ἐκπίπτω τῆς οἰκίας* Char. 510; Nigr. 254; *κατασκεδάννυμί τί τινος* Nigr. 41; Lexiph. 342; ep. Sat. 404; de salt. 270; *προσφιλοσοφέω τινὶ* Tim. 111; Gall. 719; *συνεπιλαμβάνεσθαί μοι τοῦ ἔργου* Prom. 195; *ἐπέβησαν τοῦ λέχους* deor. dial. 246 multa alia.

Ex iis, quae explicavi facile cognoscas, quae in praepositionibus utendis vulgarem loquendi consuetudinem redolent, eadem ne a Luc. quidem abhorrere exceptis praepositionibus *ὀπίσω, δίχα, ἐκ* verbo *λαμβάνεσθαι* vel *ἐπιλαμβάνεσθαι* addita; altera ex parte in quibusdam Luciani in praepositionibus adhibendis proprietatibus asini auctor mire cum Luciano congruit (cf. p. 63 de verbo *ῥίπτω*; de praep. *ἐν* p. 64; de locutione *ἐς δέον* p. 64; de verbo *παίω* p. 64; de verbis cum praeposit. *σὺν* compositis p. 65; de praep. *πρὸς* et *ὑπὸ* verbis passivis additis vid. p. 32; de praep. *ἐπὶ* cum genet. temp. iuncta p. 67; de praep. *πρὸς* sq. acc. = „bei sich" p. 66).

Litteratum hominem indicant praepositiones *πρὸς* (sq. gen.) *ὑπὸ* bis (sq. dat.), ter (sq. gen.) causam significans, *ὡς* cum accus. copulatae.

Praepositio *πρὸ* regionem denotans poetarum propria est.

δ) De particulis quas proprie vocant.

Non abs re duco etiam in hanc elocutionis partem inquirere, cum in sermone vulgari haud paucarum particularum vel memoriam oblitteratam vel vim esse commutatam inter omnes constet;[3]) accedit, quod ex particularum usu, quid cuiusque scriptoris sit proprium, optime perspicitur.

Compluribus locis sententiae simplici particula *καὶ* sermonis

---

[1]) Schmidt, De Ios. p. 374; Krebs p. 115 adnot. 1.

[2]) W. Schmid III 91, IV 97; Fritsch, De Heliod. p. 11.

[3]) cf. Blaß p. 63, 266; W. Schmid I 179; Mann, De Xenoph. Ephes. p. 36; conferas etiam Dionys. Thrac. p. 96 ed. Uhlig *παραπληρωματικοὶ (σύνδεσμοί) εἰσιν ὅσοι μέτρου ἢ κόσμου ἕνεκεν παραλαμβάνονται· εἰσὶ δὲ οἵδε δή ῥα νυ που, τοι, θὴν, δῆτα, περ, πω, μήν, ἄν, αὖ, οὖν, σὖν, κεν, γε.*

communis ratione [1]) contexuntur, ubi pro parataxi quae appellatur, hypotaxin exspectaveris 568 *καί πως ἔτυχον . . . καὶ ἀλῶν ἐκοινωνοῦμεν . . . κἀγὼ ἠρόμην* 579 *καί ποτε ἐπὶ νοῦν μοι ἦλθε τὸ μαθεῖν . . . καί φημι . . .* similiter 583, 584, 606, 607, 609, 610, 611, 614, 621. Unde quaesitam quandam narrandi simplicitatem elucere suo iure agnovit Rohde; [2]) hac in re asini auctor mirum in modum consentit cum Luciani veris historiis, in quibus non minus triginta tribus locis eadem narrandi ratio invenitur ut 76, 78, 79, 81, 84, 85, 85, 87, 89, 91, 93, 96, 98, 101, 103, 105, 106, 110, 110, 112, 114, 119, 121, 123, 124, 125, 127, 127, 131, 132, 133, 135, 140; ceterum in aliis quoque libris vere Lucianeis parataxis nequaquam rara est.[3])

Interdum omnis coniunctio mittitur ut 586, 588, 606 id quod apud Luc. rarum est; [4]) in veris historiis quater deest 79, 81, 82, 109.

Particula *δῆθεν* ab Aristotele numquam [5]) a Platone semel saepe ab Herodoto et Thucydide usurpata [6]) a N. To. abhorret; [7]) in asino bis occurrit 585, 624; apud Luc. sexies decies quom. hist. conscr. 15; Alex. 213, 224, 225, 245, 246, 252; Tox. 556; de sacrif. 534; Gall. 742; Hermot. 774, Herod. 835; Prom. es in verb. 24; rhet. enc. 23; electr. 87; de domo 206; apud Epictetum Xenoph. Ephes. Gregorium, Synes. Polyb. haec particula deest [8]) apud Ach. Tat. ter invenitur, bis apud Hermog.[9]) sexies decies apud Heliod.[10])

Particula *εἶτα* undetricies exstat 569, 570, 575, 577, 578, 578 sqq.; quam L u c i a n u m i n d e l i c i i s h a b u i s s e vel inde cognoscas, quod non minus trecentis locis ea usus est ut duodevicies in mort. Peregr. sexies decies in Alex.; sqq. ab Epicteto et Xenoph. Ephes. haec particula numquam adhibetur,[11]) quinquies ab Hermogene,[12]) quinquies a Gregorio Nazianz. decies a Synesio,[13]) saepe

---

[1]) Blaß l. l.; Bobertson 202; W. Schmid III 324; Mann 37; Müller, De Teletis elocutione p. 70 sq.

[2]) l. l. p. 34.

[3]) Schmid I 239; Funk 575; Bieler, De paras. p. 9.

[4]) W. Schmid I 420; Chabert l'atticisme de Lucien p. 215.

[5]) W. Schmid III 335.

[6]) Schmid I 184.

[7]) Blaß l. l.; Jannaris § 1700.

[8]) Melcher p. 20; Mann p. 36; Hürth l. l.; Fritz l. l.

[9]) Sexauer p. 73; Provot de Hermog. Tarsens. dicendi genere, Diss. 1910, p. 54.

[10]) I 13, 3; II 4, 26; III 17; IV 4, 5, 15; V 13, 21, 29, 21; VI 11, 30; VII 1, 32, 9, 27, 18, 21, 19, 14; VIII 1, 9, 6, 6; IX 13, 10.

[11]) Melcher l. l.; Mann l. l.

[12]) Provot p. 55.

[13]) Hürth l. l.; Fritz 171.

ab Heliod. et Ach. Tat.[1]) particula ἔπειτα adversative [2]) usurpatur 571 ut apud Luc. quoque.[3])

Particula μὰ quater adhibetur 574, 579, 624, 625 a Luc. frequentatur, plane deest in N. To. apud Xenoph. Eph. Synes. bis occurrit apud Epictetum, semel apud Hermog. semel apud Achill. Tat.[4])

Particulae ἀλλὰγὰρ apud Luc. nequaquam rarae [5]) a N. To. absunt.[6]) In asino semel separantur ἀλλ' ἔτυχε γὰρ 602 similiter quinquies apud Luc. (Lexiph. 349; Demon. 376; Hermot. 742, 751; dial mar. 306). Quae particulae prorsus absunt ab Epicteto, Hermog. Greg. Naz. apud Ach. Tat. bis, singulis locis apud Xenoph. Ephes. et Heliod. leguntur, apud Synes. octies.[7])

Particulae ἀλλὰ μήν nec κοινῆς scriptoribus nec Atticis incognitae verum a N. To. alienae [8]) a Luc. his locis adhibentur: Cynic. 541; Tim. 153; vitar. auct. 563, 564; Hermot. 822; Iup. trag. 699; paras. 844; Dem. enc. 497; soloec. 566; nusquam has particulas deprehendas apud Epictetum Xenoph. Ephes. Heliod. Ach. Tat. Hermog. Gregor. Naz. semel apud Synes.[9]) in asino semel reperiuntur 584 semel καὶ adicitur 584 ἀλλὰ μὴν καί, quae coniunctio apud Luc. uno loco mihi occurit de paras. 848.[10])

Particulae ἀλλὰ δή, quae in asino 578 apparent, a Plat. et Xenoph. frequentantur, rarius adhibentur ab Aristot. et Theophr.;[11]) apud Luc. quater occurrunt in piscat. 576; ver. hist. 124; adv. indoct. 116; de mort. Peregr. 355; apud Epictetum, in N. To. apud Xenoph. Ephes. Ach. Tat. Hermog. Gregor. Synes. plane desunt; bis leguntur apud Heliod.[12])

Particulas ἀλλ' οὖν apud omnes scriptores Atticos plus

---

[1]) Sexauer l. l.

[2]) Kühner-Gerth 281, 6.

[3]) W. Schmid I 264.

[4]) Blaß, Robertson, Mann l. l.; Fritz l. l.; Melcher p. 19; Provot 56; Sexauer 74.

[5]) Schmid I 423.

[6]) Blaß 63, 267 sq.; Robertson 265 sq.

[7]) Melcher 19; Provot 52 sq.; Hürth 146, 149; Mann 37; Sexauer 73; Fritsch 25; Fritz 168.

[8]) Radermacher 26; Schmid III 342; Ast. lex. Plat. I 103; Krüger ad Xenoph. anab. I 9, 18; Blaß l. l.

[9]) Melcher l. l.; Mann 36; Sexauer 73; Fritsch 25; Provot 53; Hürth 146; Fritz 169.

[10]) Quae Bielerus contra Lucianeam huius dialogi originem protulit, mea quidem sententia ad persuadendum non sufficiunt.

[11]) Eucken, De Aristot. dicendi ratione p. 47; W. Müller, De Theophr. dicendi genere 45 sq.

[12]) Melcher l. l.; Blaß 63; Mann l. l.; Sexauer l. l.; Provot l. l.; Hürth l. l.; Fritz l. l.; Fritsch p. 25.

minusve usitatas[1]) vidi 603. Lucianus iis septies usus est: de domo 200; patr. enc. 231 (bis); tyrannicid. 154; vit. auct. 568; Hermot. 809, 827. Quae N. Ti. scriptoribus prorsus incognitae sunt[2]) item Epicteto Xenoph. Ephes. Ach. Tat. Heliod. Greg. Naz. Synes. apud Hermogenem quater reperiuntur.[3])

Particulae *καὶ — δὲ* quae leguntur 571, 580, 584, 588, 616, 618 rarae sunt apud Thucyd., creberrimae apud Aristot. et Theophr.;[4]) apud Luc. sexagies fere comparent (in ver. hist. octies 76, 77, 93, 96, 98, 100, 108, 116); in N. To. apud Epictet. Xenoph. Ephes. Greg. Naz. Hermog. plane deesse videntur,[5]) semel leguntur apud Synes. quater apud Ach. Tat. saepius apud Heliod.[6])

Particulas *καὶ δὴ* N. Ti. scriptoribus ignotas[7]) apud Luc. tricies septies numeravi, quinquies vocula *καὶ* a *δὴ* interposito vocabulo separatur: Nigr. 73, deor. dial. 264, 265; Hermot. 815; quom. hist. conscr. 44 similiter bis in asino *καὶ αὐτῷ δὴ τῷ σχήματι* 603 *καὶ τότε δή*. Apud Epictet. hae particulae desunt, apud Hermog. semel occurrunt, ternis locis apud Ach. Tat. Gregor. Synes. saepius apud Heliod. vicies quater apud Xenoph. Ephes.,[8]) sed omnes, quos memoravi scriptores eo ab asini auctore differunt, quod illas particulas numquam aliis vocibus interpositis separant.

Particulas *καὶ γὰρ* a N. To. paene prorsus abhorrentes[9]) apud Luc. quadragies quinquies numeravi, in asino quater 574, 585, 596, 601. Quae aliena sunt ab Epicteto, apud Xenoph. Eph. ter leguntur, apud Synes. sexies, apud Hermog. decies, saepe apud Ach. Tat. Heliod. Greg. Naz.[10])

Particulae *καὶ — γε* a N. To. Epicteto Ach. Tat. alienae[11]) apud Luc. septuagies quinquies inveniuntur et semper separantur praeter dial. deor. 217; in asino bis occurrunt 583, 601; apud

---

[1]) E. Kalinka, De coniunctionum quarundam usu apud scriptores Atticos antiquissimos 1889 p. 31.

[2]) Blaß p. 63.

[3]) Melcher l. l.; Mann p. 36 sqq.; Fritsch 25; Sexauer 73 sqq.; Hürth 146 sqq.; Fritz l. l.; Provot p. 53.

[4]) Eucken 32 sq.; W. Müller 22.

[5]) Blaß l. l.; Robertson 265 sq.; Melcher l. l.; Mann 36; E. Rohde, Griech. Roman 407, 3; Hercher, Erotici Graeci I p. LXX, XLIX; Hürth l. l.; Provot l. l.

[6]) Fritz 171; Sexauer 74; Fritsch 25.

[7]) Blaß l. l.

[8]) Melcher l. l.; Provot p. 55; Sexauer 74; Hürth 147; Fritz 171; Fritsch 25; Mann p. 39.

[9]) Robertson 202.

[10]) Melcher l. l.; Mann p. 36 sqq.; Fritz 171; Provot 55; Fritsch l. l.; Sexauer 74; Hürth p. 147.

[11]) Blass l. l.; Melcher l. l.; Sexauer l. l.

Xenoph. Ephes. semel leguntur, apud Synes. ter, apud Hermog. novies, saepe apud Heliod.[1])

Particulae δέ γε apud Luc. tricies inveniuntur (δέ — γε in Nigr. 49) in asino semel 616; nusquam comparent in N. To. apud Epict. Xenoph. Ephes. Heliod. Ach. Tat. Greg. bis apud Hermog., semel apud Synes.[2])

Particulae καὶ μὴν καὶ, quae in libris Lucianeis singulis vel binis dumtaxat locis usurpari solent,[3]) in asino septies occurrunt; qua re commotus ne hunc libellum a Luc. abiudices, moneam easdem particulas in ver. hist. novies, in eo libro qui est de hist. conscr. et in Demon. senis adhiberi locis; semel vidi particulas καὶ μὴν 586; in N. To. utraque particula deest; Lucianus saepe sicut in asino in uno eodemque libro et καὶ μὴν καὶ et καὶ μὴν particulis utitur;[3]) particulae καὶ μὴν apud Epict. Xenoph. Ephes. Greg. non in usu sunt, bis apud Ach. Tat. ter apud Hermog. semel apud Synes. aliquotiens apud Heliod.; particulae καὶ μὴν καὶ apud omnes hos scriptores desunt praeter Hermog. et Heliod.[4])

Particulae δ' ἄρα a. N. To. abhorrentes[5]) ter inveniuntur 583, 596, 620; Lucianus duodevicies eas usurpavit;[6]) apud Epict. Hermog. Synes. desunt, singulis locis deprehenduntur apud Xenoph. Ephes. et Ach. Tat. ter apud Gregor. saepius apud Heliod.

Particulae δ' οὖν, quas inter veteres scriptores Theophrastus maxime adamavit,[8]) e vulgari sermone videntur excidisse;[9]) apud Luc. eas centies sexagies legi, in asino semel 569; huic tamen rei nihil tribuendum est, cum in eiusmodi narrationibus scriptori perrarus vel omnino nullus illas particulas usurpandi sit locus; prorsus inusitatae sunt apud Epict. Hermog., bis occurrunt apud Xenoph. Ephes. semel apud Ach. Tat. (p. 79, 22 ed. Iacobs) quater apud Greg. aliquotiens apud Heliod.[10])

Simplicem particulam γε apud Luc. frequentissimam[10]) bis

---

[1]) Mann p. 39; Fritsch 25; Provot 55; Fritz 171.

[2]) Blaß l. l.; Melcher l. l.; Mann l. l.; Fritsch l. l.; Sexauer l. l.; Hürth l. l.; Provot p. 54; Fritz 176.

[3]) A. Joost, Beobachtungen über den Partikelgebrauch Lukians in Festschr. für L. Friedländer, Leipzig 1895, p. 173, 176.

[4]) Thimme, Quaest. Luc. cap. IV, Diss. Halle 1884, p. 9; Funk, De Demonacte p. 574.

[5]) Melcher l. l.; Mann l. l.; Hürth l. l.; Sexauer l. l.; Provot p. 55; Fritz 171; Fritsch p. 25.

[6]) Blaß l. l.; Robertson l. l.

[7]) W. Schmid I 425.

[8]) W. Müller p. 28.

[9]) Blaß l. l.; Robertson l. l.

[10]) Melcher l. l.; Sexauer l. l.: Provot l. l.

[11]) Joost l. l. 177.

vidi εἴ γε 573; ἐκεῖνό γε 624 nullo loco adversantem Lucianeo usui. Quae apud Xenoph. Eph. quinquies invenitur, frequentatur vero ab Epict. Hermog. Ach. Tat. Heliod. Synes.[1])

Particulae disiunctivae οὔτε — οὔτε, quibus κοινῆς scriptores praeferunt οὔτε ... οὔτε (οὐδέ) μήν vel οὔτε ... ἀλλ' οὐδέ comparent 586.[2])

Particulas οὐδέ ... οὐχ ὅπως (= non solum non, sed nequidem) quae occurrunt 611, apud Luc. bis repperi in Prom. 192 et dial. mort. 440; plane illae deesse videntur apud Polyb.[3]) in N. T. apud Epict. Xenoph. Ephes. Ach. Tat. Heliod. Hermog. Synes. Gregor.[4])

Particulae μὲν ut frequentissime apud Luc.[5]) locis quadraginta septem δὲ respondet, sed quinquies ἀλλὰ 585, 594, 601, 606, 608 similiter bis in Luc. Demonacte,[5]) in deor. dial. 226; ver. hist. 111 apud Ach. Tat. nihil eiusmodi repperi, apud Heliod. ter μὲν ... ἀλλὰ (I 9, 6, V 2, 24, VI 9, 18) circiter decies μὲν ἀλλά.

Particula δὲ in apodosi[6]) post pronomen relat. ponitur 599 οὗ καταβάντος ἦν τὴν χεῖρά μοι ἐπιδοῦναι ... ὁ δὲ οὔτε κατῆλθε ... post sententiam coniunctione ἐπεὶ introductam 624 ἐπεὶ δὲ ἦν νὺξ βαθεῖα ... κἀγὼ δ' ἐπανίσταμαι. Quae structura Ionicorum scriptorum maxime propria pro atticismo videtur habita esse. Lucianea id genus exempla collegit Schmid I 425; Xenophon Ephesius nullum tale praebet exemplum, duo Achilles Tatius tria Synesius.[7])

Vocula αὖθις per pleonasmum usurpatur 582 αὖθις ἀποδώσεις 604 αὖθις ἐπανάγειν ἐς οἶκον similiter a Luciano τί δ' ἂν ... αὖθις ἡ νόσος ἐπανέλθῃ Abdic. 186; εἰσαῦθις ἀποδώσειν Icaromen. cap. 5; ex Achille Tatio hunc usum memorat Sexauer p. 73; de Aeliano vid. Schmid III 332.

Particula δὴ quae in N. To. rarissima est[8]) iuxta singulas voces posita aut unius verbi (vel unius locutionis) 586, 599, 625 aut totius enuntiati vis augetur[9]) 586, 587; uno loco δὴ iuxta particulam μὲν positum coniunctionis vice fungitur 576 τοῦτο μὲν δὴ ... ut saepe apud Aristot. et Theophrast[10]) item in Luc. ver. hist. 89; particula δὴ apud Epictetum quinquies decies legitur,[11])

---

[1]) l. l.
[2]) Radermacher p. 26.
[3]) Ego quidem eas nusquam scriptas vidi.
[4]) l. l.
[5]) Funk, De Demonacte 574.
[6]) Kühner-Gerth 276 sq.
[7]) Mann l. l.; Sexauer p. 75; Fritz p. 170.
[8]) Robertson p. 265.
[9]) cf. Kalinka p. 194 sqq.
[10]) W. Müller, De Theophr. dic. gen. p. 18 sqq.
[11]) Melcher p. 18.

apud Xenoph. Ephes. quinquagies, saepenumero apud Ach. Tat. Heliod. Synes. Luc.[1])

Particulae *τε — καί*, quae etiam in communi sermone semper in usu fuerunt[2]) antiquitus separari solebant[3]) sed iam apud Platonem saepe coniunguntur;[4]) apud Atticistas et in N. To. illae particulae modo coniunguntur modo separantur;[5]) similiter in as. legitur *τε ... καὶ* 584, 589, 592, 595 sqq.; *τεκαὶ* 587, 597.

Denique hae particulae Luciani maxime propriae memoratu sunt dignae *μᾶλλον δὲ* 579; *κἄν* (= saltem) 624; *τοῦτο μὲν — τοῦτο δὲ* 585, 615, 618; *ἄλλως* 584.

S a t i s i g i t u r m u l t a e p r a e s e r m o n e v u l g a r i i n a s i n o r e p e r i u n t u r p a r t i c u l a e, q u a r u m n u l l a a b e s t a L u c., i m m o v e r o c o m p l u r e s L u c i a n i s u n t m a x i m e p r o p r i a e ut *οὐδέ ... οὐχ ὅπως καὶ — δή, εἶτα, κἄν, τοῦτο μέν — τοῦτο δέ, μᾶλλον δέ, ἄλλως,* c u m a p u d a l i o s p o s t e r i o r i s a e t a t i s s c r i p t o r e s a u t o m n i n o n o n o c c u r r e r e v i d e a n t u r ut *οὐδέ ... οὐχ ὅπως, καὶ — δή*[6]) a u t p e r r a r o ut *εἶτα, μᾶλλον δέ, ἄλλως*; aliae denotant h o m i n e e m i n a n t i q u i s l i t t e r i s m u l t u m v e r s a t u m, q u e m A t t i c i s t a r u m i m i t a t o r e s i n h a c q u i d e m r e m i n i m e a e q u a v e r i n t ut *καὶ μήν, καὶ μὴν καὶ, δῆθεν, ἀλλ' οὖν, καὶ — δέ, δέ γε, ἀλλὰ δή, δ' ἄρα, δ' οὖν.*

Ne in vulgari quidem sententiarum parataxi admittenda asini auctor dissentit cum Luciano (v. p. 69). At desunt hae particulae a Luc. summopere adamatae: *μεταξύ* ad participium praesentis adiectum, *πλήν ἀλλά, πλήν γε,* quas tamen Lucianus ne ipse quidem senex usurpavit.[7])

Nec omittam monere omnes particulas semper eum tenere locum, quem Lucianus iis solet assignare eandemque, qua apud Lucianum utuntur significationem exhibere. Ex his omnibus nihil fidei accedere apparet opinioni eorum, qui asinum Luciani esse negent.

4. De sententiarum structura.

Digna, quae afferantur haec mihi sunt visa:

a) Appositionis superlativae,[8]) quam Lucianei stili maxime

---

[1]) Mann p. 37; Sexauer 73; Fritsch II 24; Fritz 170; Jacobitz, Ind. Luc. s. v.

[2]) W. Schmid III 344, IV 464 sqq.

[3]) ibid 564; de Telete v. Müller p. 46.

[4]) Blaß ad Dem. de coron. 1.

[5]) W. Schmid IV 564; Wilke-Grimm s. v.; de Luc. v. Jacobitzi indicem s. v.

[6]) Harum particularum tmesis a Philostrato tantum tribus locis adhibetur (W. Schmid IV 556).

[7]) Joost l. l. p. 166, 168; A. Thimme l. l. p. 9.

[8]) Krüger 57, 10, 12.

propriam esse asserit Bielerus de paras. p. 19[1]) haec exempla inveni: *καὶ τὸ παραδοξότατον* 574 (item in Char. 523; tyrannicid. 141; de salt. 304); *τὸ μέγιστον* 616 (item in Gall. 724, 741; vot. 259, 276; Bis. acc. 811; deor. dial. 211, 226; Anach. 923; ep. Sat. 403) *τὸ ἀκινδυνότατον* 612.

β) Praedicatum prolepticum quod vocant *κοινῆς* scriptoribus, qui quidem cultiore utantur sermone minime ignotum[2]) legitur 592 *ἐλεύθερον μέν σε παντὸς ἔργου ἀφήσω* eadem locutio apud Luc. quoque occurrit in dial. mort. 356; catapl. 632; abdic. 170.[3])

γ) Substantiva attributi locum tenentia, quae poetici sermonis sunt propria nec tamen desunt in soluta Atticorum oratione,[4]) ab Atticistis ipsis denuo in litteras videntur inducta esse.[5]) In asino exstant haec exempla: *θεὸς ἰατρὸς* 574; *ὄνῳ νεκρῷ* 587; *ἀπὸ δεσποτῶν ἀνδροφόνων* 591; *ὁμοδούλων κτηνῶν* 610; *γραῦς δὲ γυνὴ* 588; *ἀπελευθέρῳ νεανίσκῳ* 616; Ex Achille Tatio Sexauerus (p. 39) duo similia affert exempla, ex Heliodoro haec mihi in promptu sunt *νεκρὸν σῶμα* I 2, 25; *τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν* VII 19, 6 e Luciano: *ἐραστὴς γόης* Alex. 212; *τεχνίτης ἄνθρωπος* de mort. Peregr. 338. sqq.

δ) Ellipses pro Attica elegantia habitas esse dilucide apparet ex iis, quae dicit Gregor. Korinth. p. 33 ed. Schaefer *ἁπλῶς δὲ αἱ ἐλλίψεις τῶν Ἀττικῶν ἴδιαι* vel Long. in rhet. 307, 5 ed. Spengel *λείπειν δ' ἀξιοῦσι προθέσεις, συνδέσμους, ἅπαντα τὰ μέρη καὶ σύνδυο τῶν μερῶν τοῦ λόγου.*[6])

α) De subiecti ellipsi.

In genitivo absoluto subiectum deest 570 *ταῦτα εἰπόντος* (sc. *αὐτοῦ*) *ταῦτα εἰπούσης* (sc. *αὐτῆς*); quae structura licet ab Atticis non abhorreat, tamen *κοινῆς* scriptorum maxime propria est.[7])

β) De obiecti ellipsi.

Obiectum nonnullis locis omittitur, ubi facile ex antecedenti sententia suppletur[8]) ut 586, 596, 609, 609 huius generis ellipses

---

[1]) Vid. etiam Sommerbrodt ad Char. cap. 23; Tim. cap. 14.

[2]) W. Schmid IV 631.

[3]) ibid. I 249.

[4]) Krüger 50, 1, 1 sq.; Poppo-Stahl ad Thuc. I, 62, 4; Wecklein ad Äschyl. Prom. 2; A. Jahn, Methodius Platonizans, Halle 1865, p. 7 adn. 46; W. Schmid III 92, IV 101, 364, 632.

[5]) W. Schmid l. l.

[6]) ibid. IV 106; Ad. Sonny, Ad Dionem Chrysostomum analecta, Kiew 1896, p. 167.

[7]) Robertson 255; Radermacher 170; Moulton 114 adn. 1; Kratt, De Appiano 37; W. Schmidt, De Ios. 435; de Luciano du Mesnil p. 54.

[8]) Kühner-Gerth II 561 b.

apud Luc. late patent;[1]) vox *ἡμέρα* omittitur 584 *ἐς τὴν τότε*, item in Prom. 191 et Bis acc. 807 *ἐς τὴν αὔριον*.

γ) De verbi ellipsi.

1. De ellipsi copulae.

Apud Luc. substantivum *καιρὸς* semper copula *ἐστί* caret[2]) item in as. 580 *νῦν ἔφη ὁ καιρὸς . . τῆς εἰς ἐμὲ χάριτος* numquam fere copula additur adiectivis *ἱκανὸς δυνατός εἰκός*[3]) perinde deest in as. his locis 596 *χόρτος ὅσος καὶ καμήλῳ ἱκανός*, 588 *οἷον εἰκός* 593, 599, 616 *δυνατὸν καταφυγεῖν* 615; semper mittitur etiam in his formulis *ὅσον ἐπ' αὐτῇ* 593 item in catapl. 621 *ὅσον ἐπ' ἐμοί*, in rhet. praec. 2 *τό γ' ἐπ' ἐμοί* similiter in deor. dial. 226; abdic. 186; Pseudol. 183.

Altera persona *εἶ* apud Luc. novies omittitur[4]) in as. semel 593 *οἱ δὲ ἔφασαν νῦν χωλός, ὅτε ἀποδιδράσκων ἑάλωκας* at ponitur 572.

Tertia imperfecti persona omissa est 603 *πάνθ' ὅσαδυνατὸς συλλαβὼν ἐπικατέδησέ μοι* contra non deest 588, 589, 590, 600, 606. Apud Luc. prae frequentia positae copulae omissa rarissima est.[5])

Optativus cum *ἄν* copulatus desideratur 583 *τί δέ, εἰλύκος παρεισέλθοι* (sc. *γένοιτο ἄν*); similiter de hist. conscr. 12, 33[6]) quibus ego adiciam Phalar. I 198 *τί δ' εἰ μάθοις* adv. indoct. 104 *τί δ' εἴ τις τοῦ Ἡρακλέους τὰ τόξα κτήσαιτο . . .*

Participium *ὢν* omissum apud scriptores Atticos numquam fere nisi in verbis sentiendi et declarandi apud Luc. rarum est. Cum Atticis non dissentiunt haec exempla *αὐτόν ἑώρων ὄνον* 581; *τὴν παιδίσκην δὲ ὁρῶν πάντα καλὴν κλίνομαι* 619 verum ad *κοινῆς διαλέκτου* consuetudinem conformata sunt haec 591 *τὸν δὲ ἄθλιον τοῦτον ὄνον τί ἐπάγομεν ἄχρηστον ἐκ τῆς ὁπλῆς* 597 *πρῶτον μὲν ὑψηλὸν ὄρος ἀναβαίνειν ἔδει καὶ ἀνυπόδητος ὄρει ἐν λιθίνῳ*.

2. De aliorum verborum ellipsi.

Verbum dicendi supplendum est 607 *ἄριστα ἔφη σοι γύναι ταῦτα* (sc. *εἴρηται*), quocum loco conferas Iup. trag. 46 *εὖ γε Τιμόκλεις ταῦτα καὶ ἰσχυρῶς τῷ παραδείγματι* (sc. *εἴρηκας*) verbum faciendi *τί δὲ ἄλλο ἢ ἐπιρρίψωμεν* (sc. *ποιῶμεν*); similiter in Luc. piscat. 578 *τί δ' ἄλλο ἢ βαδίζωμεν*.

[1]) du Mesnil p. 54.
[2]) F. Kersten, De ellipseos usu Lucianeo, Diss. Kiel 1889, p. 23.
[3]) ibid. p. 26 sqq.
[4]) ibid. p. 32 sq.
[5]) Kerstenius, sex exempla affert p. 33.
[6]) ibid. p. 34.

Quae in syntaxi tractavi si propius inspexeris, haud pauca reperiri facile concedas, quae Atticistam esse asini auctorem significent, ut nihil causae sit, cur hunc libellum Luciano non tribuamus. Huc referam singularem collectivum, genetivum relativum quinquies ex adiectivis semel e verbo θαυμάζω aptum, neutri generis adiectiva saepenumero modalem vim exhibentia, frequentem pronominis indefiniti τις usum, participia ad verba finita accuratius explicanda adhibita, pronomen indefinitum negationibus antecedentibus non immutatum, magnam substantivorum attributi locum tenentium copiam.

At contra dixerit quispiam eos atticismos omnes vel omnes fere etiam apud Atticistarum imitatores inveniri. Quod haud abnuerim. Sed quantum hi cum asini auctore discreparent cum in optativi (cf. p. 56 sq.), tum in particularum usu (cf. p. 74), supra satis demonstrasse mihi videor.

Accedit quod manifesta quaedam similitudo intercedit inter Lucianum et asini auctorem in collocatione praedicativa (cf. p. 42), in accusativo relationis (p. 34), in accusativo obiecti interni (p. 33), in appositionibus superlativis (p. 74), in ellipsi adhibendis (p. 75 sqq.), in frequentando suffixo locativo-θεν, in vi positivi meris adverbiis augenda (p. 36), in vocula μακρῷ comparativo addita (p. 31), in genetivo partitivo structurae attributivae praelato (p. 29), in coniunctione ἵνα numquam pro infinitivo posita (p. 58), in plusquamperfecto in sententiis ab ἐπεὶ incipientibus pro aoristo in usum vocato (p. 44), in indicativo in apodosi sententiae condicionalis pro optativo cum ἄν adhibito (cf. p. 54), in verborum εὐποροῦμαι, ἀσχολοῦμαι, διακονοῦμαι medio genere activo anteposito (cf. p. 43), in coniunctionibus ἄν ἐπειδὰν ἐπὰν ἔστ' ἄν (p. 47), ὡς (p. 49) cum optativo iungendis, in evitando finali infinitivi genetivo (cf. p. 58), in simplici negatione οὐδὲ poetarum more pro οὔτε . . . οὐδὲ usurpanda, in praepositionibus verba ῥίπτω et παίω insequentibus (cf. p. 68), in praepositione ὑπὸ cum πρὸς (sq. gen.) vel dat. auct. in verbis passivis commutanda (p. 32), in praepositione ἐπὶ genetivo temporis addenda (cf. p. 67), in praepositione ἐν ad causam singnificandam ascita (p. 64), in praepos. μετὰ adhibenda (cf. p. 65), in utendis quibusdam particulis a Luciano maxime adamatis (cf. p. 74), in locutione ὡς τὸ εἰκὸς usurpanda (cf. p. 40). Quae omnia imitatori alicui tribuenda esse existimantibus vix quisquam assentiatur, qui quam difficile sit Lucianei stili proprietates eruere consideraverit idque eo magis, quod permultae in asino reperiuntur, quas haud scio an nemo simul omnes tam sollerter adhibuerit.

His addo ea, quae quamquam etiam apud elegantiores τῆς κοινῆς scriptores in usu sunt, tamen cum a ceteris Atticistis tum

a Luciano potissimum frequententur ut neutri generis adiectiva in substantivorum formam redacta, pluralis modestiae, pluralis nominum abstractorum, pluralis praeter necessitatem positus, adiectiva adversus Atticorum morem duabus terminationibus instructa, genetivus verba transitiva insequens, genetivus pretii, dativus auctoris, accusativus viae, accusativus relationis, pronomina demonstrativa ad antecedentia nomina excipienda adhibita, articulus et ad substantivum et ad attributum appositus,[1]) articulus pronominis loco usurpatus, pronomen *ὅσος* pro simplici relativo adhibitum, verbi generum commutatio, futurum medii pro passivo usurpatum, futura tertia, praesens historicum, indicativus particulam *ὥστε* subsequens, infinitivus finalis idemque consecutivus, infinitivus ex adiectivis pendens, participium perfecti qualitatem significans, accusativus absolutus participiorum verborum impersonalium, participium cum verbo auxiliari *εἶναι* coniunctum, praedicatum prolepticum, indicativus futuri ex coniunctione *ὅπως* aptus, praepositio *πρὸς* sq. gen. verbis passivis addita, praepositio *ὡς* cum personis iuncta, *ὑπό* sq. gen. causam significans, *ὑπό* cum dativo coniuncta.

Nusquam repperi apud Luc. sententias relativas articulo praefixo in substantivorum formam redactas (cf. p. 42), et genus adiectivi ad genus substantivi in genetivo positi conformatum (cf. p. 30).

Praeterea litterati honimis est genetivus partitivus praepositionibus non circumscriptus, pronomen *ὅδε* recte usurpatum, adiectivum *ἴδιος* (vel *οἰκεῖος*) nusquam pro pronomine reflexivo substitutum, quamquam compluribus locis poterat adhiberi, comparativus (vel positivus) nullo loco superlativi munere fungens, pronomen relativum in interrogativis sententiis indirectis evitatum, pronomen relativum in exclamationibus Attico more positum, genetivus absolutus numquam pro participio coniuncto admissus, frequens articuli usus.

Altera ex parte multa inveniuntur, quae cum vulgaris sermonis sint propria, Lucianeam asini originem in dubium vocare videntur. Neque tamen quicquam iis tribuendum est, quod Lucianus semel atque iterum vel singulis certe locis eorum similia praebet. Huc pertinet vox *φάρυγξ* masculinum genus exhibens, adiectivum *ἔσχατος* substantivi loco usurpatum (cf. p. 26), verbum *καταράομαι* cum accusativo coniunctum (cf. p. 35), genetivus possessivus *αὐτοῦ* pro *ἑαυτοῦ* directo reflexivo positus (p. 38), pronomina *ὅσος, ὅστις* pro simplici relativo adhibita

[1]) cf. Polyb. X 27, 12 *τοὺς κίονας εἶχε τοὺς πέριξ κεχρυσωμένους* Ioseph. antiquit. XIV 388 *τῇ χάριτι τῇ Μιλησίου* in N. To. *τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ* act. apost. 7, 8 similiter 5, 32, 6, 14.

(p. 39), ἕτερος et ἄλλος pronominalia promiscue in usum vocata (p. 40), articulus omissus (p. 41 sq.), medium activo praelatum (p. 43), imperfecti et aoristi confusio (p. 44), plusquamperfectum pro aoristo usurpatum (p. 44), indicativus praesentis pro coniunctivo dubitativo admissus (p. 46), particulae πρίν ἤ (p. 46), coniunctio εἰ in protasi sententiae condicionalis cum coniunctivo conexa, infinitivus futuri pro aoristo vel praesenti perperam positus (p. 58), verbum auxiliare εἶναι cum participio aoristi iunctum (p. 60), negationum confusio (p. 61), particula καίτοι ad participium adiecta (p. 51), praepositio πρός pro mero casu adhibita (p. 33), praepositio ἐκ ad adverbium τότε apposita (p. 62), praepositio εἰς pro ἐν usurpata (p. 36), verba, quae cum praepositionibus composita sunt, meris casibus iuncta (p. 67 sq.).

Maxime vero iuvat statuere haud ita raro praeter vulgarem loquendi consuetudinem simul Atticam normam observari. Etenim dativus temporis semel falso pro accusativo ponitur contra bis recte accusativus (p. 30, 33), semel Atticistarum more genetivus(p. 28), dativus relationis bis legitur (p. 32), at plerumque acc. relat. (p. 34), uno loco praepositio ἐκ cum verbo passivo iungitur, contra quater praepositio ὑπό occurrit, semel πρὸς, septies dativus auctoris (cf. p. 32, 63), verbum κελεύω semel perperam dativus sequitur, sed bis accusativus (cf. p. 33), verbum ἕπομαι semel accusativus, contra ter dativus (cf. p. 35), pro vocativo bis nominativus cum articulo coniunctus apparet, at duodevicies Atticorum mos servatur (cf. p. 35 sq.), ad superlativum ter particulae adiciuntur naturae eius contrariae, quinquies omittuntur, ubi non minus poterant adhiberi (cf. p. 37), ad nomen sine articulo praepositum ter accedit attributum articulo instructum, at plerumque veterum scriptorum usui obtemperatur (cf. p. 41), articuli pronominalis forma recentior ἃ μὲν -ἃ δέ semel occurrit, contra Attica quoque semel τὰ μὲν -τὰ δέ p. 41; pro medio semel activum ponitur, sed semel eiusdem verbi medium deprehenditur (cf. p. 42), pro futuri medio verbi κοιμάομαι semel passivum reperitur, semel recte medium (cf. p. 43), ἕως coniunctionem semel coniunctivus insequitur, semel recte indicativus (cf. p. 46), coniunctioni ἐπειδάν semel adversus Atticorum morem optativus additur (588), contra bis recte coniunctivus (575, 577), verba eundi bis ὥστε particula, semel infinitivus subsequitur, at bis participium futuri (p. 48), ex verbo οἴομαι sexies infinitivus aptus est, semel coniunctio ὅτι (p. 51); in coniunctivi dubitativi locum semel indicativus futuri substituitur, bis optativus apparet (cf. p. 52), verba timendi sermonis vulgaris ratione bis indicativus futuri insequitur, contra singulis locis indicativus praesentis et optativus (cf. p. 53), idem verbum γιγνώσκω semel infinitivus futuri, bis infinitivus aoristi sequitur (cf. p. 58 sq.), adiectivum ἕτοιμος semel antiquo more cum infinitivo coniungitur

semel ut in communi sermone cum praepositione ἐς (cf. p. 59 sq.), ad participium futuri semel particula ἄν accedit, semel omittitur (602), ubi non minus quam priore loco poterat usurpari(p. 60); pro simplici genetivo partitivo ad verbum λαμβάνεσθαι (vel ἐπιλαμβάνεσθαι) bis apponitur praepositio ἐκ uno loco remittitur 572 (cf. p. 63), cum praepositione παρὰ semel perperam dativus conectitur, ter recte accusativus (cf. p. 66).

Inde licet concludere asini auctorem ut in formarum usu (cf. p. 25), sic in syntaxi non inscitia sermonis Attici, sed de industria Atticis formis ac structuris vulgares admiscuisse, ut oratio ad rerum narratarum naturam accommodaretur. Tota enim antiquitate unumquodque litterarum genus suum habuit stilum.[1]) Idem in id quoque genus cadere videtur, quod post Alexandri demum aetatem ortum est[2]) et a Schmidio vocatur „mimische Erzählung". Ut enim mimum[3]) sic hoc, si eius naturam spectes, nulla profecto alia decuit elocutio nisi ad vulgarem sermonem conformata, ne argumentum tractatum cum orationis forma discreparet. Itaque etiam Atticista eiusmodi res aut omnino non tractare coactus est aut si tractare non dubitavit, forma earum propria induere. Sermone igitur ab Atticistarum elegantia alieno Lucianea asini origo nequit in dubium vocari idque eo minus quod, quamquam multo plura sermonis plebei in asino reperiuntur vestigia quam in aliis Luciani libris, tamen in admittendis formis et structuris vulgaribus sanum ubique conspicitur iudicium — plane desunt formae infimae notae, quibus ceterum ne Lucianus quidem singulis locis abstinuit cf. p. 47 — et omnes, quae in asino leguntur, si pauca exempla excipias, etiam a Luciano hic illic usurpantur.

Non enim vidi apud Luc. praeter duo illa exempla supra allata (p. 78) dativum ad designandum locum adhibitum, praepositiones ὀπίσω, δίχα. Quibus solis nisus hunc libellum nullo modo a Luciano abiudices, praesertim cum in aliis quoque libris vere Lucianeis interdum compareant formae structuraeque ab Atticis scriptoribus alienae, quas Lucianus singulis locis usurpavit[4]) et in hoc insuper libello argumenti natura satis excusentur.

---

[1]) cf. Christ-Schmid, Griech. Literaturgesch. I 5. Aufl. p. 16; W. Schmid, Philolog. 50 p. 316.

[2]) W. Schmid, Neue Jahrb. f. d. kl. Alt. 1904 I 485.

[3]) cf. H. Reich, Der Mimus I_1 p. 394 sq.; I_2 p. 472; cf. etiam oxyrhynch. Papyr. vol III (1903) nr. 413; Gellius, Noct. Att. XVI, 7; Senec. de tranquill. animi cap. 11.

[4]) cf. W. Schmid l. l.; Funk, De Demonacte p. 579.

Restat ut quatenus hoc iudicium rectum esse etiam orationis ornatu et praecipue verborum delectu comprobetur, examinemus.

II. De orationis ornatu.

Hoc in capite ea tantummodo tractaturus sum orationis ornamenta, quae ad stilum Luciani cognoscendum alicuius sint momenti.

a) De tropis.

Lucianum proverbiorum locutionumque illorum similium amantissimum esse explicat Th. Rein,[1]) ut imitatores hanc ipsam eius stili partem nimis augerent. In asino quater exempla inveni 586 *τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου παλινδρομῆσαι μᾶλλον ἢ κακῶς δραμεῖν* 625 *μὰ Δί' οὐκ ἐκ Κυνὸς πρωκτοῦ τὸ δὴ τοῦ λόγου* (cf. Aristoph. eccles 256 *εἰς Κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν)* 613 *Κἀκ τότε ἐξ ἐμοῦ πρώτου ἦλθεν εἰς ἀνθρώπους ὁ λόγος οὗτος ἐξ ὄνου παρακύψεως* quam facete asini auctor divulgatam huius proverbii vim consulto immutaverit, cognoscas e Suida s. v. *ὄνου παρακύψεως*[1]) etiam in cap. 19 verbis *ἀλλά τις δαίμων βάσκανος συνεὶς τῶν ἐμῶν βουλευμάτων ἐς τοὐναντίον περιήνεγκεν* significari illud proverbium *καὶ τὸ ἄμεινον εἰς τοὐναντίον ἀποτελευτᾷ*[2]) facile consentias; similis formula apud Luc. quoque occurrit pro laps. 737 *ὅτι μοι τὸ σφάλμα εἰς ἄλλο μακρῷ αἰσιώτερον περιετράπη καὶ εἰς τὸ ἄμεινον παρώλισθον*, cum priorum exemplorum apud Luc. simile non invenerim.

Litotes tropus apud Luc. usitatissimus[3]) his locis adhibetur 579 *οὐκ ἀπείρως* 570 *οὐχὶ γὰρ μετρίαν ἐλήλυθεν ὁδόν* 619 *τοῦτό μ' εἰς δέος οὐχὶ μέτριον ἦγεν* hanc litoten Lucianus vicies quinquies praebet (Schmid I 415).

Illusionis sive ironiae, qua Lucianus persaepe utitur[4]) haec exstant exempla *οὐδὲ τὰ δαιμόνια δέδοικας; ἀλλὰ δεῦρο ἴθι πρὸς ἡμᾶς, ἡμεῖς σε τοῖς οἰκείοις ἀποδώσομεν* 592; *ὄναιο δὲ τούτων τῶν καλῶν γάμων* 605; *τοῦτό μ' εἰς δέος οὐχὶ μέτριον ἦγε, μὴ οὐ χωρήσασα ἡ γυνὴ διασπασθῇ κἀγὼ ὥσπερ ἀνδροφόνος καλὴν δώσω δίκην* 619.

---

[1]) Sprichwörter und sprichwörtliche Redensarten bei Lukian, Diss. Tübingen 1894 v. etiam corp. paroem. graec. II p. 193 ed. Leutsch-Schneidewin.
[2]) ibid. II p. 474 et adnot. 60.
[3]) W. Schmid I 415; Chabert p. 206 sqq.
[4]) W. Lauer, Lucianus num auctor dialogi *ἔρωτες* existimandus sit, Köln 1899, p. 33.

b) De figuris.

α) De verborum figuris.

Anaphora, cuius figurae Schmidius in Lucianeis libris sexaginta se repperisse dicit exempla,[1]) legitur 599 *τότε δὴ τότε* eadem apud Luc. sexies in usu est (in vit. auct. 568; sacrif. 537; de merc. cond. 666; ver. hist. I 63; imag. 472; de luctu 934).

Hyperbaton efficitur 597 *ὄρει ἐν λιθίνῳ* similia e Luciano congessit Schmid I 419; quibusdam locis communis verborum ordo perrumpitur aliis verbis interpositis 617 *τῆς μάχης ἤδη ἦσαν ἐν παρασκευῇ* 617 *πρόσοδον εὗρεν ἐξ ἐμοῦ πολλῶν πάνυ δραχμῶν* 618 *τοῦτο μὲν τὸ κάλλος ἰδοῦσα τοῦ ὄνου* [2]) posteriore aetate haec collocatio latissime manavit.[3])

β) De sententiarum figuris.

Exclamationum, quibus Lucianus crebro utitur,[4]) in asino eaedem, quae a Luciano adhibentur formulae in usu sunt *μὰ Δί'* 574, 624, 625; *πρὸς τοῦ Ἡρακλέους* 578 similiter in dial. mort. 403 *πρὸς τοῦ σοῦ Ἡρακλέους* at omnibus ceteris locis vocativum (vicies semel) vel accusativum (quater) usurpat;[5]) *πρὸς θεῶν* 575 qua in formula Lucianus articulum semper omittit.[6])

Etiam in orationis ornatu igitur adhibendo asini auctor praeclare congruit cum Luciano, ut illa quam supra protuli sententia minime elevetur, immo vero confirmetur.

Iam videamus, quomodo ille se habuerit in verborum delectu.

---

[1]) W. Schmid I 415.

[2]) Alia eiusmodi exempla collegit Rhode l. l. p. 35 annot. 1; de Luciano videas Schmidium Philolog. vol. 50 p. 302 et quae dicit Lauer l. l. p. 34; L. Lindhammer, Zur Wortstellung im Griech., Diss. 1908, p. 57.

[3]) cf. Usener, Der hl. Theodosius p. 10 annot. 4; Krumbacher, Studien zu den Legenden des hl. Theodosius p. 279; de Aristotele v. Kaibel p. 99; de Atticis E. Kieckers, Stellung des Verbs im Griechischen und in den verwandten Sprachen, Straßburg 1911, p. 47.

[4]) W. Schmid I 420 sq.

[5]) P. Meinhardt, De forma et usu iuramentorum quae inveniuntur in comicorum Graecorum et Platonis Xenophontis, Luciani sermone, Diss. Jena 1892 p. 45; W. Schmid I 421.

[6]) Meinhardt l. l. p. 16.

III. De verborum copia.[1])

a) Enumerantur verba e singulis scriptoribus, qui ante Aristotelem floruerunt, deprompta:

α) Verba Platonis maxime propria:

† ἀνακαγχάζω 575 (cf. W. Schmid I 299).
†* ἀνερευνάω 613 (ibidem).
διαστέλλω 577 (W. Schmid I 300) N. T.
† περιεργία 583, 625 (cf. W. Schmid I 302, IV 252, 652).
†* χαμεύνιον 618, 619 (cf. W. Schmid I 303).

β) Xenophontis:

† ἀναγελάω 578 (cf. W. Schmid I 303, IV 656) Luc.
* εὐχάριστος 597 (= grato animo esse) (cf. W. Schmid I 304) N. T. Col. 3, 15; in inscript. Att. (Schlageter p. 47).
†* καθεψεῖσθαι 546, 594 (cf. W. Schmid I 304).
† καταπηδάω 609 (ibid.).
† κατακοιμίζω 575 (ibid. IV 657) Luc. ver. hist. 130.
† συνελαύνω 597 Xenoph. Pol. N. T. Luc. Herm. 804.
περισπάω 606 (cf. W. Schmid I 305) N. T.
χρῖσμα 622 (cf. W. Schmid I 306) N. T.

γ) Thucydidis:

† ἐν παρασκευῇ τινος εἶναι 617.
†* ἀντιμάχομαι 611 = resisto Thuc. Diod. Plut.

δ) Aeschinis:

† ζηλοτυπία 597 (cf. W. Schmid I 310).
† παρακατακλίνω 621 Aeschin. Jos. Athen. Luc. dial. deor. 219 (W. Schmid I 310).

---

[1]) Non afferentur ea verba, quae omnibus linguae Graecae aetatibus in usu fuerunt. In hoc capite his libris usus sum: W. Schmid, Der Atticismus; H. Stephani, Thesauro linguae graecae 3. A., Paris 1831—1865; Fr. Passow, Handwörterbuch der griech. Spr. 5. A.; E. A. Sophocles, Greek lexicon of the Roman and Byzantine periods, New-York 1888; Schweighäuser, Lex. Pol.-Polyb. hist. tom. VIII, 2, Leipzig 1795; Wyttenbach, Lexic. Plutarcheum 1843; Wilke-Grimm, Lexicon zu den Schriften des N. T.; Hatch and Redpath, A concordance to the Septuagint, Oxford 1897; Bruder, ταμιεῖον τῶν τῆς καινῆς διαθήκης λέξεων, Göttingen 1900; St. A. Kumanudes, συναγωγὴ λέξεων ἀθησαυρίστων ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς λεξικοῖς ἐν Ἀθήναις 1883; Ebeling, Lexicon Homericum 1885; K. Jakobitz, Index Lucianeus (vol. IV p. 317 sqq.); J. Schlageter, Der Wortschatz der außerhalb Attikas gefundenen attischen Inschriften, Straßburg 1912.

[2]) Ea verba, quae in N. To. desunt, signo †, quae apud Lucianum desunt signo * exornavi.

ε) Isocratis:

†* *ἐπιδείκνυσθαί τι ἔν τινι* 620 Isocr. 4, 85.

ζ) Demosthenis.

ἁλῶν ἐκοινωνοῦμεν 568 similiter Dem. c. Mid. 553 *εἰ δὲ ἁλῶν μὲν κοινωνήσας ... ὡς οὐδὲν εἰργασμένῳ φανήσεται* (sic in optimis vetustissimisque codicibus scriptum videmus).
ὑπανοίγω 581 Dem. Ephipp. (W. Schmid I 310) Luc. dial. meretr. 290.

η) Herodoti aliorumque Ionicorum (excepto Hippocrate).

†* *προσδέω* 602 Hdt. D. S. (W. Schmid I 307).
†* *φορτηγέω* 602.
χόνδρος 580 = granum Hdt. Theophr. med. Luc. Alciphr. (W. Schmid I 310).

ϑ) Hippocratis:

†* *ἐπικαταδέω* 583, 603 (W. Schmid I 307).

b) Verba e posterioribus scriptoribus hausta:

ἀγρεύω 606 de hominibus usurpatur; item in Luc. ver. hist. I 76; N. T. Aristaen. ep. VII ed. Hercherus.
†* *αἰχμαλωσία* 587 Plut. N. T.
ἀναπίπτω = accumbo 590 N. T. Jos. (W. Schmid I 354).
†* *ἀνασκιρτάω* 608 Plut. D. H. Philostr. (Schmid I 354).
ἀνεκτός (*οἰκίδιον ἀνεκτόν*) 568 N. T. Luc. apud Atticos scriptores huic vocabulo semper negatio additur (Schmid I 354).
† *ἀπανθίζομαι* 621 Philostr. Plut. Luc. (Schmid I 354).
†* *ἀποσκευή* 623 Pol. Plut. al.
† *ἀσχολοῦμαι περίτι* 585 Plut. Luc.
† *αὐτοσχέδιος* 588 D. H. Plut. Luc. (Schmid I 356).
† *ἀχθοφορέω* 596, 599, 602 Pol. Luc. (ibid.).
†* *ἀχθοφορία* 587 Plut. (ibid.).
† *ἀποκρέμαμαι* 599 Athen.
* *ἀπώλεια* 607 Demad. 2; N. T.
†* *δάκνω*: forma *δῆξον* 577 posterioris aetatis scriptorum est (cf. Kühner-Blaß II p. 394).
* *δαπάνω τι ἔντινι* (pro *ἐις*, *πρός*, *ἀμφὶ* vel dat.) 620 N. T.
†* *δαψιλὴς* 588 (*ἄριστον δαψιλές*) Plut. Diod.
† *δειπνέω* transit. 570, 575, 589 Diod. Plut. Galen. Menand. Luc.

† *διαδίδωμί τι λόγῳ* 606 apud posteriores maxime scriptores deprehenditur.
διακονοῦμαι = act. 621 Athen. Diog. Laert. N. T.
†* *διοικητὴς* 616 Plut. al.
† *δέω: ὀλίγον ἐδέησαν* 606 Plut. Pyrrh. 17 pro *ὀλίγου ἐδέησαν* similiter dicit Luc. *τοσοῦτον ἐδέησαν* Icaromen. 757.
† *δυσωπέω τινά* 607 Philo. Jos. Plut. Luc. (W. Schmid I 359).
†* *ἐκφωνέω* 617 Plut. (ibid. 359).
† *ἐκπεριέρχομαι* 586 Pol. Luc. amor. 408 (ibid. I 359).
ἐκτότε Arist. sqq. Luc. soloec. 571 (ibid. I 359).
† *ἐκτρίβω* (*ὁπλὰς ἐκ τῆς ὁδοῦ ἐκτετριμμένος*) 586 Eur. Ion. 2; Plut. Dio Cass. (Schmid I 586) Luc. ver. hist. 75.
ἐντυγχάνω 570 = lego Pol. (Kälker l. l. p. 295) Plut. Luc.
* *ἐπαρχία* 622 Pol. D. S. N. T. (W. Schmid I 361).
ἐπιβαίνω c. dat. 584, 590 Il. 2, 351; Thuc. 7, 70; Dion. Hal. Luc. Diog. Laert. N. T.
* *ἐπιβάλλω τὸν ὀφθαλμόντινι* 572 LXX *ἐπέβαλλεν ἡ γυνὴ τοῦ κυρίου αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς ἐπὶ Ἰωσήφ·* Aristaenet XII, 5 ed Hercher *ὅπου γὰρ ἄντις αὐτῇ τοὺς ὀφθαλμούς ἐπιβάλῃ.*
* *ἐπιβάλλομαι* (*στρώματα* 617) Galen. N. T.
ἐπιδίδωμι τὰ γράμματα 569 Herodian sqq.
† *ἐπιδέχομαι* 595 = recipio Pol. D. H. Luc. Tox. 528.
†* *ἐπικαθίζω τινί* (intrans.) 592 Plut. Them. 12.
†* *ἐπικινοῦμαι* (pass.) 573 LXX.
†* *ἐπικλίνω* intrans. (*εἰς τὸ ἕτερον ἐπικλῖνον*) 598 Plut. al.
†* *ἐπιπολάζω* (*ἡ θάλασσα ἄφνω ἐπιπολάσασα* = mare exaestuat) 603 Strabo.
ἔπαυλις 584, 585, 586, 603 Diod. Plut. Athen. N. T. Luc. ver. hist. 96.
* *εὐαγγέλιον* 595 Plut. N. T, (Schmid I 363).
† *εὐγνωμοσύνη* 593 = prudentia Plut. Luc. Iup. confut. 631 (W. Schmid I 363).
†* *εὐηκόως* = libenter 578 Polyb. 27, 6, 7.
εὐποροῦμαι 571 Arist. LXX N. T. Luc. (Schmid I 363).
†* *ἰατρεία* 602 Arist. Theophr. Plut. (Schmid I 364).
* *καθαρισμὸς* 590 N. T. (Schmid I 365).
† *καρηβαρέω* 612 Arist. Plut. Luc. Herm. cap. 28.
* *καταδικάζομαι* (pass.) 620 LXX N. T.
* *κατάκαυμα* = (flamma) 574 LXX (Schmid I 365).
†* *καταμάττομαι* 578 Palaephat (Schmid. I 365),
κατηχέω 616 Philo N. T. Eccles. Luc. Iup. trag. 686 (Schmid I 366).
* *καταράομαί τινα* 596 Plut. N. T.

†* *καταψεύδομαί τινός τι πρός τινα* 601 Plut.
†* *καταψεύδομαι ὕπνου* 575 cf. Epictet. III 24, 41 *οἱ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας καταψευδόμενοι* = civitatem Romanam usurpantes (Suet. Claud. cap. 25) i. e. = simulantes.
†* *κριθίδιον* 570, 614, 615 Hipp. Ath. (Schmid I 366).
†* *κριθία* 585 Theophr. Alciphr. Long. (Schmid I 367).
†* *κρημνάω* 593 Diog. Laert. 6, 50.
κυλίω 573, 600 Pol. Ael. Epict. N. T. (Schmid I 367).
κώπη 610 = manubium molae D. S.
λαλέω πρός τινα 571, 611 Ar. Pol. Luc. N. T.
† *λείψανα (τοῦ δείπνου)* 614 Ap. Rhod. 2, 193; Anthol. Pal. Luc.
† *λιθόω* 571 Arist. Plut. (Schmid I 367).
† *λιτὸς* 570 Pol. Menand. Plut. (ibid. I 367).
λοιπὸν 614 = ceterum Pol. sqq. N. T.
* *λυχνία* 608 Plut. LXX Philo N. T. (Schmid I 367) inscr. Att. (Schlageter p. 67).
μεταμορφόω 572, 579, 580, 581, 624 Athen. Ael. Phil. N. T. (Schmid I 368).
† *μεμνηστευμένος* med. 595 Ap. Plut.
†* *νεόνυμφος* 603 Sostr. Plut. (Schmid I 368).
† *ὀγκάομαι* 584, 606 Arist. Theopomp. com. (Schmid I 369).
†* *οἰκημάτιον* 570 Plut. Xen. Ephes. (Schmid I 369).
†* *οἰστρέομαι* pro *οἰστράομαι* 619 Max. Tyr. Ach. Tat. (Schmid I 369).
* *ὀπίσω* c. gen. 585, 599 Pol. N. T.
† *παλινδρομέω* 586 Hipp. D. S. Poll. (Schmid I 369) Luc.
†* *παράπτομαι* 578 Galen. Plut. (Schmid I 370).
† *παρεισέρχομαι* 577, 585, 595, 596 Pol. Plut. N. T. (Schmid I 370).
†* *παρακρέμαμαι* 591 Pol. 5, 35, 10.
παραφέρω τινά = asporto 621 Hdt. Xen. Plut. Theophr. Luc. N. T.
†* *παρεμβολὴ* 578 Plut. (Schmid I 375).
† *παροδεύω* 621 Plut. Jos. (ibid.).
† *παροξύνω εἴς τι* 591 Herodian. 5, 1, 6.
†* *περιίστημί τινι φυλακήν* 614 Plut. Cam. 22.
περισφίγγω 599 Plut. Ap. Rhod. Luc. amor. 442 (Schmid I 371).
†* *πλήττω ἐπὶ κόρρης* 577 vulgaris sermonis proprium est cf. *πλήττω θύραν* Pallad. hist. Lausiaca p. 166, 27 ed. Butler Plat. Dem. Luc. al. dicunt *τύπτω* vel *πατάσσω ἐπὶ κόρρης*.
προσάγω τινί intrans. 580 Arr. anab. 2, 3, 4 N. T. Plut.
†* *προσδέω τινά τινι* 606 Plut. Diod.
†* *προσέρχομαι* de concubina dicitur 620 Plut. mor.
† *προσμειδιάω* 615 Plut. (Schmid I 373).
† *προσπαίζω* 579 Plut. Dio Chrysost.
† *προσπτύω* 624 Pol. Plut. (Schmid I 373).

†* προωθέω; πρώσας 577 technicis gymnasii vocabulis adnumerandum est Strato II Anthol. 48 (XII 206).
† πολύμορφος 622 Arist. sqq. Luc. imag. 475 (Schmid I 371).
† πολυπρόσωπος 617 Plut. mor. pg. 711 *E* ὄρχησις παθητικὴ καὶ πυλυπρόσωπος idem p. 973 *E* μίμῳπλοκὴν ἔχοντι δραματικὴν καὶ πολυπρόσωπον, Luc. Nigr. cap. 20 δρᾶμα πολυπρόσωπον, Jos.
προέρχομαι 617 (ἡ ἐμὴ δόξα αὐτοὺς προεληλύθει ἐκ μακροῦ) LXX N. T.
† πυξὶς 580, 581 Athen. Jos. (Schmid I 373).
†* ἡ ῥίν 580 Jamblich. protrept. 27; Eumath. (v. supra).
† ῥοδοδάφνη 585 Diosc. Galen. Luc. Pseudolog. 183 (Schmid I 373).
†* σκιμπόδιον 570 Athen. Dio Cass. (ibid. I 374).
†* σκορπίζω 601 Hecat. Strab. Jos. Plut. N. T. (ibid. I 374).
†* σπαίρω 587 Apoll. Rhod. (cf. G. Boesch, De Apollonii Rohdii elocutione, Dis. 1909, p. 43) Polyb. 15, 33, 5.
† σύγκρισις = comparatio 624 Pol. Dion. Hal. Plut.
* συναιχμάλωτος 595 N. T. (Schmid I 375).
† στενωπὸς 613 Diod. Paus. Philostr. Plut. Luc.
† τέλεον 572, 614 (pro τελέως) Luc. App. bell. civ. 1, 8 al. (Schmid II 156, III 154).
* ὑπακούω εἴς τι 616 Polyaen. 1, 27, 3 N. T.
ὑπερβάλλω τίτινος 605 Philostr.
† ὑπερτρυφάω 623 Dio Cass. 62, 28; Luc. Iup. trag. 697 (Schmid I 377).
† ὑφέλκω 578 Dio Cass. Plut.
* ὑποστρώννυμι 575 absol. Athen. Plut. Pol. N. T.
† φυσάω 577 Pol. Plut. Ar. Luc.
†* χάλασμα 577 Pol. Plut. (Schmid I 378).
† ᾠδὴ = ἐπῳδὴ 579 Luc. Bis. Acc. 811; dial. meretr. 281; Long. 2, 7.

c) verba e comicis sumpta.

†* ἀωρίᾳ = ἀωρί 592 Ar. (cf. Schmid I 313; II 91, 191; III 234).
ἀκάθαρτος 598 (ἀκάθαρτος παῖς) 601, 602 com. N. T. Luc. Lexiph. 344.
† γάρον 615 com. (Schmid I 314).
†* δραπέτις 593 Cratin. (Schmid I 314).
† ἐκτρέχω 606 (ἔξω ἐκδραμόντες) Ar. Av. 931; Luc. soloec. 556.
† θρῖδαξ 585, 611 com. Theophr. Luc. epigr. 692 (Schmid I 314).
† κατασπαράττω 589 Ar. (Schmid I 315) Luc. cal. non tem. cred. 132.
† κατατρώγωτι 614 Ar. Ach. 809 Cratin. Ael.
* κλινίδιον 569 Ar. Plut. N. T. (Schmid I 315).
* κοιτὼν 570 Ar. D. S. N. T. (Schmid I 315).

* κοράσιον 573, 604 Plat. com. Philippid. LXX. N. T. (Schmid I 315).
†* μεῖραξή 620 Ar. al.
†* μελίπηκτον 614, 631 Menandr. Antiphan. Plut (Schmid I 315).
†* νάπυ 615 com. Theophr. (Schmid I 316).
† ὀπτανεῖον 596 com. Luc. ep. Sat. 415 (Schmid I 316).
†* ὀψοφαγία 614 Ar. Plut. (Schmid I 316)
† παιδισκάριον 570 Menand. Luc. dial. mort. 442.
†* παράκυψις 613 Menand. D. C. (Schmid I 316).
† πλακοῦς 614 Ar. (Schmid I 316) Luc. Tim. 171.
† πρωκτὸς 625 Ar. et alii comici (Schmid I 316).
† ῥαφανίς 585 com. (Schmid I 317).
†* συναποδιδράσκω 595 Ar. ran. 81 (Schmid I 317).
†* φρύγω 574, 597 praevalet apud comicos (Schmid I 317; III 225; IV 671).

d) e reliquis poetis.

†* ἀγελαῖος 596 Hom. Philostr. (Schmid IV 266).
ἀγέλη 596 Hom. Pind. Soph. N. T.
†* ἀγέρωχος 608, 613 poetae; Pol. (Schmid I 318).
αἰγιαλός 603 praevalet apud poetas; N. T.
†* ἀθλέω 579 Hom. Soph. N. T.
†* ἀκόρεστος 620 trag. Pol. (Schmid I 319).
† ἀμείβομαι 571 Hom. al.
†* ἅμμα 577, 578 Eur. Anthol. Palat. (Schmid I 319) Plut. Alc. 2; Dionys, Perieget.
† ἄμορφος 597 Hdt. Eur. Xen. Plut. (Schmid I 319).
* ἀνακλίνω τινά 621 Hom. N. T.
ἀνακράζω 581, 586, 604, 613 Hom. com. Xen. Pol. N. T. Schmid I 320).
†* ἀναστένω 595 trag. (Schmid I 320; III 50).
† ἀνασῴζω (in act. genere) 591, 616 Soph. Plut. Luc. (Schmid I 320).
† ἀνθινός 571 poetae Eratosth. D. S. (Schmid I 320).
ἀνέχομαι κακῶν 606 Od. Eur. Plut. N. T.
† ἀγκών 616 Hom. Soph. Luc.
† ἀποστίλβω 614 Od. Batrachom. Alciphr. Luc. (Schmid I 321).
ἁπαλός 615 (ὁρῶ ἤδη τὴν τύχην ἁπαλόν μοι προσμειδιῶσαν) cf. od. 14, 465 N. T.
† ἀποκρεμάννυμι 599 Il.
† ἄρδω 574 praecipue apud poetas (Schmid I 322).
† ἀργαλέος (ὁδός) 568, 600, 610, 613 Hom. (cf. supra p. 17).
ἄρρητος = nefandus 606 Hdt. Soph. El. 196 N. T.
* ἄσβεστος 613 poetae D. Hal. N. T. (Schmid I 322).

†* ἀτρέμα 600, 619 Hom. Hdt. Att. Plut. (Schmid I 322).
†* ἄτριπτος 583 poetae (Schmid I 323) Dio Chr. Ael. Philostr.
ἄφνω 580, 603 Aeschyl. Eur. comici Thuc. Dem. Ael. Luc. ver. hist. 77; LXX N. T.
* βαστάζω 583, 612, 613 trag. com. Pol. N. T. (Schmid I 323).
* βαθύνω 578 Il. Anacr. N. T.; quod vocabulum hic pro termino technico gymnasii habendum esse censeo.
†* βάλλω εἰς ὕβριν 607 Od. Aeschyl. Eur. Philostr. (Schmid IV 281).
† βλέφαρα 581 Hom.
βόσκω transit. 601 Hom. N. T.
† βουβών 577 H. com. Luc. Tim. 174 (Schmid I 324).
† γραῖα 589, 591 Od. trag. (Schmid I 324).
† δαλός 600 Hom. Hes. trag. Plut. (Schmid I 325).
† δεξιόομαι 570 Aeschyl. Ar. Plut. (ibid.)
† δέρω 574, 575 Hom. Ar. Lys. Luc.
δινέω transit. 600 Hom. Pind. Eur. Xen. Diod. (ibid.).
†* δράττομαι c. gen. 594 Soph. Ap. Rhod. Call. D. S. (Schmid I 326).
†* δυσσεβὴς 609 trag. Longin. 4, 3 (Schmid I 326).
† ἔγκατα 594, 602 epici Luc. (ibid.).
†* ἐγκατακοιμίζω 594 Lyc. Plut. (ibid.).
* ἐγκρύπτω εἰς 600; τινὶ 612 Od. Arist. Sopat. N. T. (Schmid I 326).
* εἱλίσσω 605 poetae N. T. (Schmid I 326).
† ἐνσείω 601 Soph. Macho Plut. (Schmid I 328).
†* ἐξαίσιος 607 poet. Xen. Plat. (Schmid I 328) Pol. Plut.
ἐξεμέω τι 580 Od. Hes. Plat. Luc. N. T.
† ἔξοχος 570 poet. Plut. Herodian (Schmid I 328).
ἐκφύομαι (πτερά ἐκφύεται αὐτῇ 580) Il. in N. T. activum tantum comparet.
† ἔοικα c. infin. futuri a poetis videtur usurpatum esse ἔοικα διατρίψειν 570 item in Charone 498 ἔοικε δὲ καὶ νῦν καταβήσεσθαι; fusius de hac re supra egi; conferas etiam Schmidium I 328.
* ἐπαιτέω 604 H. Soph. LXX N. T. (ibid.).
† ἐπιβαίνω τι (ἐπιβάς ἅμμα) 578 Hom. Ap. Rhod. Soph.
†* ἐπιτέρπομαί τινι 623 Hom.
* ἐπιρρίπτω 594 Od. Arist. Pol. Plut. N. T. (Schmid I 329).
†* εὐγενῶς 587 Eur. Pol. Diod. Plut.
† εὐνή 579, 618 Hom. Aeschyl. Eur. Thuc. Xen. (Schmid I 330).
εὐφροσύνη 576 praecipue apud poetas; Xen. N. T. (Schmid I 331).
†* ἰξύς 577 Hom. Hippocr. Long.
ἱππικός: ζηλοτυπία ἱππική 597 Aeschyl. Soph. Eur. Xen.
κατακλάω 586 Od. Eur. Call. Plat. D. H. N. T. (Schmid I 333).

* κατανεύω 616 Hom. Pind. Ar. Plat. N. T. (Schmid I 334).
† κατασβέννυμι 600 (proprie) Hom. Eur. Ar. (ibid.)
κατέρχομαι = descendo 598 poetae N. T.
† ἡ κεκτημένη 580, 596 Soph. Ar. Luc.
†* κιρνάω 613 poetae Ionici Ar. Pol. (Schmid I 335).
κλίνομαι 619 (τὴν παιδίσκην ὁρῶν πάντα καλὴν κλίνομαι) Od. 18, 213; Soph. Trach. 1226.
κλίνω (ὑπτίαν κλῖνον) 577 Soph. Antig. 1188; N. T.
† κλονέω 616 Hom. Soph. Arist.
† κνῖσα 574 Hom. Ar. Arist. (Schmid I 335).
† κοιμίζω 578 Eur. Soph. Plat. (Schmid I 335).
†* κρημνάω 593 Pind. Eur. App. (ibid.).
† κρώζω 581 Hes. Ar. Plat. Luc. (Schmid I 336).
† κυρτόω 578 Od. Eur. Diog. Laert. Xen. (ibid.).
† λαθραίως 607 Eur. Aeschyl. Luc. Tim. 124.
†* λάμπω 618 epici trag. Ar. Xen. Plat. N. T. (Schmid I 336).
† λὰξ 600 poet. posteriores scriptores (Schmid I 336).
† λαφύσσω 596 poet. Luc. Tim. 128 (ibid.).
† λέβης 588 poetae Ionici Luc. Bis. acc. 801 inscript. Att. (Schlageter p. 15).
† λέχος 578, 621 poetae, Plut.
* λύω κύνας 586 Hom. Hes. Xen. N. T.
μαγεύω 571, 579 Eur. Plut. N. T.
† μάχλος 572 Hes. Aeschyl. (Schmid I 337).
† μύλη 597, 610 Hom. Ar. Soph.
μυρίζω 618 Hdt. com. N. T. Luc. ver. hist. 113 (Schmid I 338).
† νομεὺς 596, 597, 603 Hom. Soph. Xen. Plat. (Schmid I 339).
† νομὸς 596 Hom. Hes. Soph. Eur. Cycl. 61 Plut.
νύσσω 577 Hom. Ar, D. H. Pl. LXX N. T. (Schmid I 339).
ὁδεύω 607 H. Ap. Rhod. Call. epici Xen. Ios. Plut. N. T. (Schmid I 340).
ὀδμή 595 Hom. Hdt. Eur. com. (Schmid I 340) Lucianus et forma ὀδμή et ὀσμή utitur (cf. Funk Philolog. 1907 Suppl. X p. 569: Fritzsche, De Atticismo et orthographia Luciani 1828 spec. II p. 11).
† ὁδοιπόρος 587 H. Plat. Luc. Iup. confut. 638 (Schmid I 340).
ὀδύνη 574, 586, 590 Hom. Pind. N. T. (Schmid I 340).
†* ὄζος 598 Hom. Hes. Pind. Eur. Plat. (Schmid I 340) Plut.
* ὀξύς proprie: πέτραις ὀξείαις 584; ὄζοι πυκνοὶ καὶ ὀξεῖς 598 Hom. Pind. Eur. N. T.
ὀθόνη 610 Hom. Luc. ver. hist. 77; N. T.
† οἴκτιστος 603 Hom. Luc. (v. supra p. 12).
* οἰνοπότης 616 Anacr. Pol. N. T. (Schmid I 340).

ὅμιλος 605 Hom. Pind. Aeschyl. Crat. Thuc. N. T. Luc. (Schmid I 340).
ὄμμα 574, 579, 589, 610, 615 praevalet apud poetas. N. T. (Schmid I 340).
† ὄρχημα 617 Soph. Xen. Plut. Luc. de salt. 306 (Schmid I 340).
πατέω ὁδόν 611 Soph. Aeschyl. Plut. LXX N. T. (Schmid I 342).
† παρακεῖσθαι (τράπεζα παρέκειτο) 569 Hom. Soph. Eur.
†* παραβάλλω τινίτι (κριθία) 585 Hom. Il. 8, 504.
†* παρίστασθαι παρέστη τῷ λύχνῳ 618 Hom.
†* περιβόσκομαι 584 Nic. Call. (Schmid I 342).
* πετεινὸς 593 poetae Lycurg. LXX N. T. (Schmid I 343).
† πίθος (παλαιοῦ ὀίνου) 588 Hom. Hes. Eur. Plut. Luc.
πλευρὰ 586 Hom. Hdt. trag. Xen. N. T. (Schmid I 343).
† ποικίλλω 617 poetae Plat. Plut. (Luc. amor. 435) (Schmid I 343).
ποτήριον 575 poetae Hdt. Luc. N. T. (Schmid I 344).
†* πρόδομος 589 Hom. Ap. Rhod. Eur. (Schmid I 344) inscript. Att. (Schlageter p. 22).
†* προσβάλλω 615 translate τὰ ὄμματά τινι Eur. Med.
† προσπαλαίω 616 Pind. Plat. Plut. Luc. conv. 433 (Schmid I 344).
† πτερόομαι 581 anacreontea Plut. Luc. Halc. 182 (Schmid I 345).
πυκνὸς (πυκνοὶ ὄζοι) 598 Il. 21, 245, 224; N. T.
†* πυρίκαυτος 574 Il. Plat. Plut. (Schmid I 345).
* ῥύομαι 602 epici trag. Ar. Hdt. Thuc. N. T. (Schmid I 345).
† σέλινον 585 Od. Pind. Ar. Plut. (Schmid I 346).
σπαράττω 589 Eur. Aeschyl. Ar. N. T.
σπλάγχνα 574 Hom. Ar. Aeschyl. Soph. LXX N. T.
† σφίγγω 578, 593 Aeschyl. Luc. musc. enc. 92.
†* σχέτλιος 606 Hom. Hes.
σκώληξ 595 H. Ar. Arist. LXX N. T. (Schmid I 346).
στένω 589, 604 Hom. trag. (Schmid I 344).
στενάζω 620 trag. Ar. Plut. N. T.
†* στρόμβος 610 Il. (Schmid I 347) Plut.
† συμπλέκομαί τινι 573, 575, 576 Soph. Eur. Ar. Hdt.
† σύννομος 597 trag. Ar. Plat. (Schmid I 348).
συντρέχω 577 Hom. Pol. Plut. N. T.
†* συνευνάζομαι 620 Pind. Hdt. Soph. Plut. (Schmid I 348) Dio. Chr. t II 292, 15 Dindorf.
† συρράπτω 594 Hes. Luc. Plat.
σύρω 591, 624 Theocr. N. T. (Schmid I 348).
† σφηκόω 621 H. Ar. Anacr. (Schmid I 348).
† τάλαινα 582 trag. Ar. Plat. (Schmid I 348).
†* τινάσσω 578 epici Pind. trag. Plut. Luc. dial. deor. (Schmid I 348).
τρέμω 605 Soph. Oed. rex 947; Eur. Andr. 1057; N. T.

†* ὑπεραλγέω 606 Soph. Eur. Ar. Arist. (Schmid I 349).
† ὑποβλέπω 582 Eur. Ar. Plat. (Schmid I 350).
† ὑποβρέχω 619 Ap. Rh. Alexis (Schmid I 350).
ὑποδέχομαί τινα (οἰκίᾳ) 623 Hom. Hes. Pol. al. N. T.
† ὑποτέμνω 587 proprie H. Aeschin. Plut. (Schmid I 350).
ὕστατος 603 poetae Hdt. Plat. (Schmid I 350).
†* ὑποζεύγνυμι proprie 597, 610 Hom. Plut.
ὑπερῷον 612, 613 Hom. Pind. Ar. Luc. Tox. 565 LXX N. T.
† φάρυγξ 606 Od. Eur. Ar. Hippal. (Schmid I 350).
† φειδώ 614 Hom. Hes. Ap. Rh. Thuc. (Schmid I 350).
†* φθείρομαι 624 οὐ φθείρῃ ἀπ' ἐμοῦ Eur. Andr. 709.
φορτίον 568, 598, 599, 600, 602, 603 Hes. Hdt. Ar. Xen. N. T. (Schmid I 351).
φρένες 582 poetae N. T.
φύλλα (ῥόδων χλωρῶν) 621 Hom. Hes. Hdt. N. T.
† φύρω 595, 601 praecipue apud poetas.
χαλάω 577, 578 praevalet apud poetas; Xen. N. T.
χαμαί 606, 607 epici Pind. trag. N. T. (Schmid I 351).
χαμόθεν 598 Stes. Crat. Xen. Plut. Luc. Philops. 35 (Schmid I 351).
χεῖλος 582 Hom. Eur. Luc. LXX N. T.
† χελώνη 621 Hom. hymn. Ar. Soph. Luc.
χλωρὸς 621 = viridis Hom. hymn. Hes. Sapph. trag. Pind. Ar. Theocr. Thuc. 2, 44 σῶμα χλωρόν, N. T.
†* χόρτος 582 Hes. Eur. Xen. (Schmid I 352).
ὠκύς 593 Hom. Hes. Luc. al. (Schmid I 352) (v. supra p. 12).
† ὠμός (ὠμαί κριθαί 585) Hom. Geop. Luc. inscript. Att. (Schlageter p. 58).

Neque vero verba poetica solum, sed etiam locutiones ex Homero et Aristophane haustae occurrunt. Luciani enim proprium est, quotiescumque occasio offertur, poetarum locos laudare vel significare, ut nimis interdum augeat rem.[1]) Huc ex asino spectat magnus locutionum ex Homero depromptarum numerus,[2]) quas iam Knautius magnam partem attulit (l. l. p. 51 sqq.):

As. 570 τράπεζα παρέκειτο	Il. 24, 476 ἔτι καὶ παρέκειτο τράπεζα
As. 573 ἔνθεν ἑλών	Od. 8, 500 ἔνθεν ἑλών Ach. Tat. IV 265, 660; Dio Chrys. t II 2, 15 Dind. περὶ ὕψ. 34, 4; Diog. Laert. I 102; Synes. de regno 6 p. 1069 a.

---

[1]) cf. Ziegeler, De Charidemo p. 4.

[2]) Lucianum Homerum in deliciis habuisse videas ex iis, quae exposuit A. Joost, De Luciano φιλομήρῳ, Progr. Lötzen 1883, et Brambs, Über Zitate und Reminiszenzen aus Dichtern bei Lukian, Eichstätt 1888.

As. 592 *σαρδάνιον γελῶντες*	Od. 20, 302 *μείδησε δὲ θυμῷ σαρδάνιον μάλα τοῖον*
As. 600 *λὰξ ἐκίνησα*	Il. 10, 158; Od. 15, 45 *λὰξ ποδί κινήσας*
As. 602 *οὗτος ἐρρύσατόμε ἐκ τοῦ θανάτου*	Od. 1, 6 *ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὥς ἑτάρους ἐρρύσατο ἱέμενός περ*
As. 603 *οἰκτίστῳ θανάτῳ τεθνήξομαι*	Od. 11, 42 *ὥς θάνον οἰκτίστῳ θανάτῳ*
As. 603 *τέλος τῆς συμφορᾶς καὶ θανάτου γενέσθαι*	Il. 3, 309; 5, 555; 9, 146; 11, 451; 16, 855; 22, 361 *τέλος θανατοῖο*
As. 613 *πάντες δὲ ἄσβεστον ἐγέλων*	Il. 1, 559 *ἄσβεστος δ᾽ ἄρ᾽ ἐνῶρτο γέλως* Od. 20, 346 *Ἀθήνη ἄσβεστον γέλω ὦρσε*
As. 613 *μελίπηκτα κιρνᾶν*	Od. 7, 182; 10, 356; 13, 53 *οἶνον ἐκίρνα*
As. 618 *λύχνον ἔκαε μέγαλῳ πυρὶ λαμπόμενον*	Il. 15, 623 *λαμπόμενος πυρὶ πάντόθεν* 22, 32 *ὀφθαλμοί πυρὶ λάμπετον*
As. 621 *χρυσῷ ἐσφηκωμένη*	Il. 17, 52 *πλοχμοί θ᾽ οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο*
As. 625 *πλέομεν ἔνθεν*	Od. 9, 62 *ἔνθεν δέ προτέρω πλέομεν*
As. 603, 610 *ἀργαλέαν ὁδόν*	Od. 4, 493 *δολιχὴν ὁδὸν ἀργαλέαν τε* item 4, 483

quibus ego adicio has:

As. 598 *ξύλῳ τῷ ὄζους πυκνοὺς ἔχοντι καὶ ὀξεῖς*	Il. 21, 224 *ἐπέσχε δὲ καλὰ ῥέεθρα ὄζοισι πυκινοῖσιν*
As. 600 *ἀργαλέῳ δεσμῷ προσέδησε*	Od. 11, 293 *δεσμοί τ᾽ ἀργαλέοι* item 15, 444
As. 615 *ὁρῶν ἤδη τὴν τύχην ἁπαλόν μοι προσμειδιῶσαν*	Od. 14, 465 *καὶ θ᾽ ἁπαλὸν γελάσαι*
As. 580 *ἀναστᾶσα ᾤχετο πετομένη*	Il. 2, 71 *ὥς ὁ μὲν εἰπὼν ᾤχετ᾽ ἀποπτάμενος*
As. 574 *θεραπεύσει δέ σε οὐδείς ἀλλ᾽ οὐδὲ θεὸς ἰατρός*	Od. 9, 524 *ὥς οὐκ ὀφθαλμόν γ᾽ ἰήσεται οὐδ᾽ Ἐνοσίχθων* [1]
As. 579 *μὰ τὴν κεφαλὴν τὴν σὴν καὶ τήνδε τὴν μακαρίαν εὐνήν*	Il. 15, 38 sq. *ὅς τε μέγιστος ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακαρέσσι θεοῖσι σή θ᾽ ἱερὴ κεφαλὴ καὶ νωίτερον λέχος αὐτῶν*

---

[1]) cf. Schwidop, Observ. Luc. spec. IV 25.

Accedunt quaedam Aristophanis permagno Luciani studio florentis[1]) vestigia:

As. 578 ἄγε δὴ σὺ ὁ παλαιστὴς ἔχεις τὰ μέσα	ran. 469 ἀλλὰ νῦν ἔχει μέσος
As. 579 ἦν πολλὴ μὲν ἐν τούτῳ τρυφή	ran. 19 οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἔστι καὶ πολλὴ τρυφή
As. 585 καὶ οἱ μὲν ἠρίστων, ἐγὼ δὲ ἐπείνων μὲν κακῶς	Acharn. 734 πότερα πεπρᾶσθαι χρήδδετ' ἢ πεινῆν κακῶς
As. 592 κριθῶν δὲ μέδιμνος ἔσται σοι ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τὸ ἄριστον	vesp. 717 πλὴν πρώην πέντε μεδίμνους ... κριθῶν
As. 601 ἐκ δὲ τούτου δίκας καὶ πράγματα παρέξει	vesp. 1392 πράγματ' αὖ δεῖ καὶ δίκας ἔχειν διὰ τὸν σὸν οἶνον ibid. 1426 δικῶν γὰρ οὐ δέομ' οὐδὲ πραγμάτων
As. 610 λεπτὸς οὖν πάνυ γίγνομαι καὶ ἀσθενὴς τῷ σώματι	eccles. 539 ψῦχος γὰρ ἦν ἐγὼ δὲ λεπτὴ κἀσθενής
As. 619 τοῦτο μ' εἰς δέος οὐχὶ μέτριον ἦγε μὴ ... ὥσπερ ἀνδροφόνος καλήν, δώσω δίκην	vesp. 452 ἀλλὰ τούτων μὲν τάχ' ἡμῖν δώσετον καλὴν δίκην
As. 619 ἠπόρουν, ὅπως ἀναβήσομαι τὴν ἄνθρωπον	Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις· Ἀναβῆναι τὴν γυναῖκα βούλομαι (cf. Kock, Comic. Graec. frg. I p. 479)
As. 614 τὸ δὲ δέρμα ἐπανθούσῃ τῇ τριχὶ ἀπέστιλβε	vesp. 1065 αἵδ' ἐπανθοῦσι τρίχες eccles. 12 ἀφεύων τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα.

Etiam verba capitis 35 ὦ Νέμεσι πολλὰ πολλάκις δινουμένη Meclerum suo iure pro trimetro habuisse[2]) existimo.

e) Verba, quae apud alios quoque scriptores inveniuntur, sed in hoc libro aliam structuram vel vim exhibent:

ἄξυλος de asino dicitur ἄξυλος ὄνος 601 (Schmid I 380).
ἀνεγείρω = erigo 587 τῆς οὐρᾶς (λαβόντες αὐτὸν) ἀνεγείρειν ἐπειρῶντο.

---

[1]) cf. P. Schulze, Quae ratio intercedat inter Luc. et comicos Graecorum poetas 1883; J. Ledergerber, Lucian und die altattische Komödie, Diss. Freiburg 1905; Jacobitz ind. Luc. s. v. Aristoph.

[2]) Siegfried Meckler zu den griechischen Tragikern in Wiener Studien 1881 p. 32 sqq.

ἀναπαύομαι obscene usurpatur 618 *εἰ συγχωρήσειεν αὐτῇ σὺν ἐμοὶ τὴν νύκτα ἀναπαύσεσθαι* similiter in Gallo 706 *τὸν δὲ Ἅλιον λαθόντα ἐπιστῆναι τῇ Ἀφροδίτῃ καὶ τῷ Ἄρει ἀφρόντιδι ἀναπαυομένῳ.*

ἀνατέμνω τινὰ ἐκ τῆς γαστρός 594.
ἀνυπόδητος de asino dicitur 584, 598, 611.
ἀπολακτίζω proprie 586, 601 (Schmid I 586).
ἀπορέω c. gen. pro *περί τινος* (*ἀπορῶν τῆς ἀρχῆς τοῦ ζητήματος*) 571.
ἀποπίπτω translata vi adhibetur 622 (*ἀποπίπτει ἐξ ἐμοῦ ἐκείνη ἡ τοῦ κτήνους ὄψις*).

δαιμόνια 592 = *οὐδὲ τὰ δαιμόνια δέδοικας* = (umbrae nocte volantes).

δυνάστης = *δεσπότης* 586.
ἐπεγείρειν χαμόθεν 599.
ἐπάγω τὴν θύραν 589, 591 = claudere ianuam.
εὔφημος: *κῆρυξ εὔφημος ἐκήρυττεν* 603 = praeco clara voce pronuntiavit.

εὐγνώμων: *ὁρᾷς τὸ οἰκίδιον τὸ ἐμόν, ὦ Λούκιε, ὡς ἔστι μικρὸν μέν, ἀλλὰ εὔγνωμον τὸν οἰκοῦντα ἐνεγκεῖν* 570 = domum meam vides parvam esse eam quidem, sed nihilo secius prudenter ita instructam, ut illis dumtaxat qui in ea solent habitare, satis magna sit.

θεοφόρητος 605, 606 activam vim habet (Schmid I 394).
καταλαλέω τί τινος proprie (*τοῦ λύχνου*) 580.
κατακλίνω τὰ ὦτα = demitto 583.
ἡ μάγος 572
παίγνια, τὰ 616, 617 = res ridiculae.
παίζω κακὸν ἀφόρητον εἴς τινα 599.
προέρχομαι = domo exire 612, 615 similiter in Luc. dial. meretr. 283 *εἶτα προῆλθον ἀπὸ τῆς οἰκίας.*

προέρχομαι εἰς ἐπιθυμίαν τινός 618.
πρόχειρος = eminens (*τὴν μὲν κεφαλὴν ἔξω τοῦ ὄνου πρόχειρον ὡς ἂν μὴ εὐθὺς ἀποπνιγείη, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα πᾶν ἔνδον κρυπτόμενον*) 594.

σκώπτω τι εἴς τινα 604 similiter in Luc. dial. meretr. 285 *Θαῒς δὲ οἷα καὶ ἔσκωψεν εὐθὺς ἐς ἐμέ* Plutarchus dicit *σκώπτειν τινὰ εἴς τι.*

συντάττεσθαι ἐπ᾿ ἔργον 605.
χρὼς = *τῷ χρωτί τοῦ μύρου οἰστρημένος* 619 = odor (codices consentiunt).

f) Novae verborum compositiones hae occurrunt:

1. Verba cum praepositionibus composita:
Cum ἀπό: ἀποσιτέω 602;
„ ἐπί: ἐπιπροωθέω 578 (cf. W. Schmid I 383);
„ κατά: καταψηλαφάω 582 = καταψάω (cf. W. Schmid I 384; Sophocl. p. 650);
„ πρό: προογκάομαι 595 (W. Schmid I 387);
„ σὺν: συνανακλίνομαι 570;
„ ὑπό: ὑπολακτίζω 597 (W. Schmid I 389).

Isdem praepositionibus etiam in inscriptionibus Atticis nova verba formantur (Schlageter l. l. p. 88 sq.).

2. Substantiva composita: ἀνθρωπομάγειρος 574 (W. Schmid I 380) ἀρχιτεκτόνημα 594; substantiva in -μα ficta, quae quidem ab Atticis abhorreant in inscriptionibus saepe leguntur (Schlageter p. 83).
3. Substantiva non composita
   α) nova deminutiva: γονάτιον 578 permulta similia exempla ex inscriptionibus congessit (Schlageter p. 85 sqq.).
   β) nova abstracta: ὀγκηθμὸς 583, 584 (W. Schmid I 386).
   γ) nova concreta: γυνίας pro γυννὶς 609.
4. Novum adiectivum compositum: συνάριστος 588 (W. Schmid I 388).
5. Novum adverbium: ἀνεξικάκως 570 (W. Schmid I 380).

Quaerentibus, e quibus scriptoribus Atticis asini auctor lectiora verba petiverit, tres potissimum fontes offeruntur: Plato Xenophon, comoedia Attica cum antiquior tum recentior; e Platone enim quinque verba sumpta sunt, quorum in N. To. unum, e Xenophonte octo, quorum in N. To. quattuor, e comoedia Attica viginti tria, quorum in N. To. unum deprehenditur; prae his reliqui scriptores Attici secundas partes agunt; namque bina verba hausta sunt e Thucydide Aeschine, Demosthene, unum ex Isocrate; ex Herodoto duo verba sumpta sunt, ex Hippocrate unum.

Quae omnia praeclare congruere videntur cum iis, quae Schmidius I 401 exposuit de Luciano.

Verborum centum undecim sub littera b allatorum duodeoctoginta a N. To. absunt, quinquaginta duo a Luciano.

Ne Lucianum quidem in verborum delectu sola Attica exemplaria esse secutum satis constat (Schmid I 401). Sed quod verba e posterioris aetatis scriptoribus sumpta in asino maius solito explent spatium, id ex eadem quam memoravi causa profectum esse arbitror (cf. p. 80); namque etiam in

veris historiis 50 fere verba repperi posteriorum scriptorum propria, quae Lucianus reliquis in libris repudiavit.[1]) Neque obliviscendum est nullum in asino exstare vocabulum, quod ii demum, qui post Lucianum fuere scriptores, in usum suum converterint.

E poetis 181 verba deprompta sunt, quorum in N. To. 111, apud Lucianum 60 desunt; horum tamen 51 etiam ab aliis posterioris aetatis scriptoribus soluta oratione utentibus hic illic adhibentur (s. v.); contra frustra apud illos quaeras haec novem verba; *δραπέτις ἐπιτέρπομαι, παραβάλλω τινί τι, παρίστασθαι* (*λύχνῳ*), *περιβόσκομαι, πρόδομος, προσβάλλω τὰ ὄμματά τινι, συναποδιδράσκω, χόρτος.*

Asino cum libris vere Lucianeis comparato non potest negari in hoc libello multo maiorem pro operis magnitudine verborum poeticorum numerum occurrere quam in scriptis minime insitivis. Nam et permulta verba omnino a Luciano sunt aliena et viginti sex verba binis locis usurpantur, quinque quaternis, unum (*ὄμμα*) quinquies, *φορτίον* sexies. accedunt plurimae locutiones ex Homero Aristophaneque depromptae et versus ille ex incerto poeta haustus.

Quam longe aliter se gesserit Lucianus vel inde videas,

---

[1]) ut *ἀνάγνωσμα* 70 Plut. D. H.
ἀεροδρομέω 77 schol. ad Aesch. Prom. 128
ἀναρροφέω 93 Arist. Plut.
ἀνθολογέω 113 Plut.
ἀμπελουργέω 101 Theophr. Plut.
ἀπονεκρόω 105 D. S.
ἀραίωμα 94, 105 Diod. Plut. al.
ἄσαρκος 111 Xen. Arist. Plut. al.
ἀσπάραγος 83 Plut.
ἀφοδεύω 89 Arist.
γαστροκνημία 87 Arist. med.
δενδρίτης 88 Theophr.
διασκευάζω (act.) 130 Pol. Plut.
διαχώρημα 136 medic. Arist. Strab.
διυφαίνω 81 Ael.
ἐλλεβορίζω 115 Hipp. post. script.
ἐμπρόθεσμος 124 Plut. Philostr.
ἔνσπονδος (adiect.) 92 post. scr.
ἐντεριώνη 132 Theophr.
ἐξαρτίζω 97 N. T. Arr.
ἐπαυλίζομαι 100 Thuc. 4, 134; Plut. D. H.
εὐπροσίτως 136 Strab. Poll.
ut *εὐσταθέω* 94 D. H. Plut.
ζωδιακός 85, 92 Plut.
θέρμινος 91 Diosc.
καρποφορέω 77 Xen. Theophr. al.
καταφυτεύω 135 Plut. LXX.
κέλυφος 133 Arist. Theophr.
κηπεύω (proprie) 97 Galen.
κιννάμωμος 111 Arist. Ael.
κινναμώμινος 111 Pol.
κολπόω 80 Arist. Mosch.
ὀμιχλώδης 126 Tim. Locr. Teophr. Pol.
περικα θέζομαι 88 (proprie) Sext. Emp. Geop.
περίμετρος τῆς γῆς 95 D. S. 2, 54
πίττινος 126 Oribas.
ῥοιά 112 Od. Theophr. Plut.
συνεδρεύω 110 Ath. Pol.
συννήχομαι 96 Plut.
συρριζόομαι 77 Arist.
τραχών 126 D. Hal.
τρίγλη 100 Macho. Arist. al.
ὑπερβιβάζω 135 Pol. sqq.
quem verborum numerum re accuratius explorata facile augeri posse credo.

quod 1511 verborum poeticorum 751 singulis locis inveniuntur (W. Schmid I 402); nec obliviscendum est ea ad permultos libros pertinere.

Quam ob rem ut asinum spurium esse iudicem adeo non a me impetrare possum, ut eius rei causam rursus in litterarum genere quaerendam esse confidam (cf. Bürger, Progr. l. l. p. 22: „Das Gesagte wird genügen, um zu zeigen, daß ... auch hier wie überall der komische Realismus die Form von der hohen Poesie entlehnt und sich ihrer teilweise in parodierender Weise bedient. Unser Roman tritt damit in die nächste Beziehung zu dem einzigen, außerdem wenigstens noch in Bruchstücken erhaltenen realistisch komischen Roman, den saturae des Petronius"). Itaque ne Luciano Atticistae quidem huius generis scribendi legem violare licuit.

Verba, quae apud alios scriptores alia vi vel structura utuntur numeravi 26, quorum tria ipsius Luciani propria sunt; reliqua autem magnam partem eo tantum ab aliorum scriptorum usu discrepant, quod aut proprie aut translate adhibentur. Ceterum Lucianum quoque talem verborum notionis structuraeque mutationem facile admisisse luculenter probatur exemplis a Schmidio I 390 sqq. et a Chaberto p. 136 sqq. allatis.

Novae, quas dixi vocabulorum compositiones non modo plane cum Luciani in verbis fingendis ratione conveniunt,[1] sed eius etiam maxime propriae sunt, cum in unoquoque fere Luciani libro *ἅπαξ λεγόμενα*, quae vocantur, compareant;[2] in veris historiis triginta quinque occurrunt (v. Schmid I 379 sqq.).

g) Memoranda sunt denique haud pauca verba a Moeride grammatico scriptoribus Atticae elegantiae studiosis diserte commendata, e quibus asinum ab Atticista compositum esse conicias: („Was Moeris als *Ἀττικῶς* bezeichnet, ist immer ein ausschließlich attischer Idiotismus, der außer bei Attikern nicht vorkommt, cf. W. Schmid I 208) ut:

1. *ἄθλιος Ἀ. ἀτυχής Ἑ. καὶ κοινῶς* (Moer. p. 43) in asino *ἄθλιος* legitur 587, 591, 595.
2. *ἀνακραγεῖν Ἀ. ἀναφωνῆσαι Ἑ.* (Moer. p. 59) in asino occurrit *ἀνέκραγε* 586, 604; *ἀνέκραγον* 613.
3. *βουβῶνας Ἀ. βομβῶνας Ἑ.* (Moer. p. 87) in as. 577 *διὰ βουβῶνος.*
4. *κόπτειν τὴν θύραν ἔξωθεν, ψοφεῖ δὲ ὁ ἔνδοθεν Ἀ. κροτεῖ δὲ Ἑ.* (Moer. p. 194) in as. 569 *ἐγὼ δὲ κόπτω προσελθὼν τὴν*

[1]) cf. W. Schmid IV 685 sqq.; Chabert p. 124 sqq.
[2]) Funk, Philolog. 1907 suppl. 10 p. 577; W. Schmid I 379 sqq.

θύραν (cf. etiam Schmid I 205 sq. a. Kretschmer de Menandri reliquiis 1906, 99).

5. *κεκτῆσθαι καὶ ἡ κεκτημένη, ἡ δέσποινα παρ' Ἀττικοῖς* (Moer. p. 207) in asino *ἡ κεκτημένη* 580, 596; *ἡ δέσποινα* 576, 579, 580, 596, 607.
6. *κατὰ χειρὸς Ἀ. κατὰ χειρῶν Ἑ.* (Moer. p. 217) in as. 578 *κατὰ χειρὸς πάραψαι.*
7. *ἀκαρῆ Ἀττ. μικρὸν Ἑ.* (Moer. p. 40; Schmid II 73) in as. *ἐν ἀκαρεῖ* 605.
8. *μύλη Ἀ. μύλος Ἑ.* (Moer. p. 235) in as. *μύλη* 597, 610.
9. *νάπυ Ἀ. σίνηπι Ἑ.* (Moer. p. 248) in as. *νάπυ* 615.
10. *ὄψον Ἀ. προσφάγημα Ἑ.* (Moer. p. 251) in as. 613 *ὄψον.*
11. *οὖς Ἀ. ὠτίον Ἑ.* (Moer. p. 251) in as. *οὖς* 583, 587.
12. *ὀπὴν Ἀ. τρύπημα Ἑ.* (Moer. p. 264) in as. *ὀπὴ* 580, 583, 615, 620.
13. *πίτυρα Ἀ.* (Moer. p. 279) in as. 597.
14. *φάτνη Ἀ.* (Moer. p. 356) *πάθνη Ἑ.* in asino *φάτνη* 583, 589.
15. *φθείρου Ἀ. ἀπαλλάσσου Ἑ.* (Moer. p. 360) in as. 624 *οὐ φθείρῃ ἀπ' ἐμοῦ.*
16. *χαμεύνιον Ἀ. ψίαθος Ἑ.* (Moer. p. 371) in as. *χαμεύνιον* 618, 619.
17. *ἀνάθημα Ἀ. ἀνάθεμα Ἑ.* ibid. p. 27 in as. *ἀνάθημα* 609, 625 (codices non variant) cf. etiam Moerid. p. 595 s. v. *εὕρημα.*

Maxime vero iuvat statuere ut in formarum usu et in syntaxi, sic hic quoque eadem de causa (cf. p. 80) iuxta Attica verba ter vulgaria ascisci:

1. *ἀναβῆναι τὴν γυναῖκα βούλομαι Ἀ. ἀναβῆναι ἐπὶ τ. γ. β. Ἑ.* (Moer. p. 3) in as. 619 *σφόδρα ἠπόρουν, ὅπως ἀναβήσομαι τὴν ἄνθρωπον* contra 620 *ἐπὶ τὴν γυναῖκα ἀναβήσεται*;
2. *καταγώγιον καὶ κατάγεσθαι Ἀ. κατάλυμα καὶ καταλύειν Ἑ.* (Moer. p. 221); in as. *καταγώγιον* 595; *κατάγεσθαι* 571; *κατάγομαι παρὰ σοί ποῖ δέ, ἔφη, καὶ κατάγῃ*; contra paulo ante *τί οὖν οὐχὶ παρ' ἐμοὶ καταλύεις*;
3. *ὁμόδουλος Ἀ. σύνδουλος Ἑ.* (Moer. p. 250) in as. *ὁμόδουλος* 610, 615; contra *σύνδουλος* 613; v. W. Schmid I 291 s. v. *σύνδουλος.*

Quibus verbis non omittam ascribere duas locutiones antiquitus usitatas, posteriore vero aetate oblivione obrutas *εὖ μάλα* 594, 600, 608 (W. Schmid I 126)[1]) et *ὄναρ ὁρᾶν* 581 *ἐγὼ δὲ ὄναρ ἐκεῖνο οἰόμενος ὁρᾶν* posteriores enim scriptores dicebant *κατ' ὄναρ*

---

[1]) Ab Achille Tatio et Heliodoro haec locutio plane abest; apud Philostratum [Aristot.] de mundo (p. 394 a. 28) singulis locis reperitur; ter apud Dion. Chrysost. bis apud Philon. de opif. mund. p. 43, 24, 29 ed. Cohn. num-

ὁρᾶν ut Plut. parall. II 412 κατ' ὄναρ ἑωρακώς Strab. IV 1, 4 Ἀριστάρχῃ παραστῆναι κατ' ὄναρ τὴν θεὸν alia exempla collegit Lobeckius ad Phrynich. p. 421; quibus adici possunt inscript. Pergam. 295; Mitt. des Ath. Instit. 32, 307, 308; W. Dittenberger, Syllog. 270, 9; inscript. insular. Graec. 979; Pallad. hist. Lausiaca p. 167, 21 ed. Butler; apud Heliodorum semel legi ὄναρ γοῦν ὀφθεὶς VI 8, 16 contra κατὰ τὸ ὄναρ ἀπώλεσε V 16, 18; ἐνθύμιον αὐτῷ ὄναρ γίνεται, καθ' ὃ ,.. ἑώρα I 30, 23.

Ad Lucianeam asini originem comprobandam magni momenti sunt etiam haec septem verba solutae Atticorum orationis propria, quae cum ut ab omnibus ceteris Atticistis, ita a N. To. atque adeo a Polybio et Plutarcho litteratissimo illo sint aliena, apud unum reperiuntur Lucianum: ἐπισάττω 583, 589 (W. Schmid IV 644); χωλεύω 590, 593 (W. Schmid l. l.); πίτυρον 597 (W. Schmid IV 644, 648); διακύπτω 615 (W. Schmid IV 643); συναριστάω 617 (W. Schmid IV 645); συγκατακλείω 620 (W. Schmid IV 645); ἐπιθορυβέω 622 (W. Schmid IV 644).[1])

Quibus adiciam quinque alia verba poetica, quae a compluribus Atticistis adhibentur, contra Polybio Plutarcho, N. Ti. scriptoribus incognita sunt: κυρτόω 578 (W. Schmid IV 675); μάχλος 572 (W. Schmid IV 675); λαφύσσω 596 (W. Schmid IV 675); σφηκόω 621 (W. Schmid IV 675); ὠκύς 593 (W. Schmid IV 675) („diese Wörter können großenteils als Kennwörter des attizistischen Stils betrachtet werden" ibidem);[2]) etiam vocabulum τοὐλοιποῦ 602, 606 = in futurum ab Atticistis maxime adamatur (cf. W. Schmid I 196, II 126, III 54, 135, IV 193).

Comprehensis iis, quae de verborum copia dixi, statuendum est, quod in eligendis verbis Lucianeam asini originem in dubium vocare posse videatur, id a propria eiusmodi fabularum elocutione esse repetendum. Altera ex parte dilucide apparet asinum ab Atticista esse conscriptum, ut non sit, cur de Luciano dubitemus, praesertim, cum compluribus locis manifesta quaedam similitudo intercedat inter Lucianum et asini auctorem (v. p. 96, 98, 100).

IV.

Huius de asini auctore opinionis alia quoque adiumenta e nonnullis stili proprietatibus asino cum Luciani libris communibus petita possunt afferri. In quibusdam

quam apud Aristid. saepe apud Aelianum (Schmid I 126, IV 193, II 128, III 137) apud Aristeam semel § 20 ed. Wendland.

[1]) Apud Achillem Tatium horum verborum nullum reperitur, apud Heliod. duo διακύψας VII 15, 5; συγκατεκλείσθη II 29, 1.

[2]) Apud Heliod. verbum σφηκόω tantum occurrit III 3, 3, IX 15, 5; apud Achillem Tatium μάχλος (p. 169, 8).

enim dictionibus adhibendis mirus offenditur cum Luciani libris concentus, qui quidem non imitatorum more, sed libere est effectus:

As. 617 *καὶ οἱ μὲν ἄνδρες τῆς μάχης ἤδη ἦσαν ἐν παρασκευῇ*	Tox. 549 *πρὸς οἵους ἄνδρας ἐκ παρασκευῆς μαχοῦνται*
As. 587 *τὰ ἐν ποσί*	Nigr. 7 *τοῖς ἐν ποσὶν ἀνιᾶσθαι* quom. hist. conscr. 4 *τὰ ἐν ποσὶ ταῦτα* dial. mort. 386 *τὰ ἐν ποσὶ* ibid. 392 *ἀπὸ τῶν θορύβων τῶν ἐν ποσί*
As. 617 *μισθοῦ τὴν θύραν ἤνοιγε*	Necyom. 480 *ἐδείχθη μοι ἐν γωνιδίῳ τινὶ μισθοῦ* dial. meretr. 3 *μισθοῦ ἐπιπλέων* Menipp. 481 *ἐδείχθη μισθοῦ*
As. 572 *ἔγειρέ μοι σαυτόν*	Tim. 152 *νῦν μοι ἐπίρρωσον σεαυτήν*
As. 625 *κελεύει με τῶν νώτων μετέωρον κομισθῆναι ἔξω τῆς οἰκίας καὶ ἐξωσθείς*	Tim. 150 *ἐξωσθεὶς τῆς οἰκίας* Anach. 910 *πολέμιον συναρτάσαντα ἥκειν μετέωρον κομίζοντα*
As. 589 *φοβερὸν ἔβλεπε*	Char. 509 *φοβερόν τι προσβλέπουσα*
As. 597 *μάζας ὅλας ποιοῦσα κατέπινεν*	quae eius usus apud Luc. occurrunt exempla, ea congessit Iacobitz s. v. *καταπίνω*, omissa sunt pisc. 585 *καταπιὼν τὸ χρυσίον* ep. Sat. 388 *λίθον καταπιεῖν*
As. 580 *πολλὰ κατ' ἐμαυτὸν μεμψάμενος τὴν Π. ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ δακὼν τὸ χεῖλος*	cal. non tem. cred. 154 *ἐνδακόντα τὸ χεῖλος ὑποτρέφειν τὴν χολήν*
As. 587 *ἀλλά τις δαίμων βάσκανος*	vot. 265 *ἀποστερηθέντας ὡς εἶχον ὑπό τινος βασκάνου πρὸς τὰ τοιαῦτα δαίμονος*
As. 622 *ὥσπερ φάρμακα δεινὰ ἐπιστάμενον*	Alex. 213 *ἠπίστατο κατὰ τὴν Θῶνος φάρμακα πολλά* (cf. Od. δ 228)
As. 603 *οἰκτίστῳ θανάτῳ τεθνήξομαι*	Alex. 263 *οἰκτίστῳ τέλει . . . ἀπέθανε* (v. supra p. 139)
As. 602 *οὗτος ἐρρύσατόμε ἐκ τοῦ θανάτου*	Alex. 251 *ἐρρύσατο τοῦ θανάτου τὸν ἄνδρα* (v. s. p. 139)
As. 574 *θεραπεύσει δέ σε οὐδείς ἀλλ' οὐδὲ θεὸς ἰατρός*	dial. mar. 294 *οὐδὲ ὁ πατήρ φησιν ὁ Ποσειδῶν ἰάσεταίσε* dial. deor. 238 *ῥίψωμεν ἐπὶ κεφαλὴν ἐκ τοῦ ὄρους, ὥστε μηδὲ τὸν Παιῶνα ἰάσασθαίσε*

As. 579 *καί ποτε ἐπὶ νοῦν μοι ἦλθε τὸ μαθεῖν*	somn. 19 *ἐπεί μοι εἰς νοῦν ἦλθεν ἡ σκυτάλη* Halc. 181 *παιδίοις οὐδ᾽ εἰς νοῦν ἐλθεῖν* (Pseudolog. 166 *ἐπὶ στόμα σοι ἐλθεῖν*)
As. 581 *οὐ πιστεύων τοῖς ἐμαυτοῦ ὀφθαλμοῖς*	dial. mar. 300 *τίνι ἂν ἄλλῳ πιστεύσειας τοῖς ἑαυτοῦ ὀφθαλμοῖς ἀπιστῶν* dial. meretr. 309; *σὺ δὲ ποτέροις πιστεύσειας ἂν τοῖς ἐκείνης ὅρκοις ἢ τοῖς σεαυτοῦ ὀφθαλμοῖς* (cf. Herodot I 8)
As. 619 *ἠπόρουν, ὅπως ἀναβήσομαι τὴν ἄνθρωπον*	Lexiph. 344 *ἀκάθαρτον εἶναι αὐτῷ τὴν γυναῖκα . . . ὥστε οὐκέτι οὐδ᾽ ἀναβαίνειν αὐτήν* Eunuch. 369 *τῶν τὰς ἵππους ἀναβαινόντων ὄνων*
in Asino 572 duae formulae idem significantes omissa particula copulativa ita componuntur, ut oratio amplior evadat et explicatior (Schwidop l. l. sp. III 15) *οἴκοι παρ᾽ ἐμοί κάθηται* 572 cf. Plat. republ. X p. 600 E *ἠνάγκαζον παρὰ σφίσιν οἴκοι εἶναι*) item in As. 610 *οἴκαδε ἤλαυνεν ὡς ἑαυτόν*	Philops. 45 *οἴκοι παρ᾽ αὐτῷ* Gall. 717 *ἣν οἴκοι παρὰ σαυτῷ μᾶλλον ἀποθανεῖν ἐθέλῃς* Gall. 750 *ἀπίωμεν οἴκαδε παρ᾽ ἡμᾶς* Iup. trag. 662 *οἴκαδε παρ᾽ αὐτοὺς* (cf. etiam M. Rothstein l. l. p. 101)
As. 570 *τράπεζα παρέκειτο* (v. supra p. 138)	Vot. 265 *εἰ ἔτι παρακειμένης τῆς χρυσῆς τραπέζης*
As. 591 *ἐγὼ δὲ ἄξιον κρημνοῦ καὶ θανάτων ἄλλων εἰπὼν εἶναι*	iud. voc. 97 *πόσων θανάτων τὸ ταῦ ἄξιον εἶναι νομίζετε*
As. 569 *σὺ δὲ τίς ἢ τί βουλόμενος πυνθάνῃ*	deor. dial. XX, 7 *τίς δὲ ὢν δεῦρο ἀφῖξαι πρὸς ἡμᾶς*
As. 583 *πορρωτέρρω ποι τῆς φάτνης ἀποχωρήσας ἑστώς*	Nigr. 48 *τῆς σκηνῆς πόρρωποι* (sic codices perhibent, male scribit Hemsterhusius *που*) *κάθηται*
As. 594 *οἶδα ὅτι* 601 *οἶδ᾽ ὅτι* 581 *οὐκ οἶδ᾽ ὅπου*	hanc locutionem Lucianus in deliciis habet (cf. Schmid I 278)

Lucianum in similibus rebus tractandis isdem similibusve uti solere verbis docet R. Helm: „Für Lucianische Werke muß bei Ähnlichkeit des Stoffes die *Wiederholung gleicher Gedanken mit ähnlichem Ausdruck geradezu ein Merkmal der Echtheit bilden*“ (Lucian und Menipp p. 361).

As. 619 *μὴ καλὴν δώσω δίκην*	Tim. 128 *διδόασι γὰρ ἄμφω καλὴν τὴν δίκην* (v. p. 94).
As. 605 *τοῖς ξίφεσιν ἐτέμνοντο τοὺς πήχεις*	deor. dial. 233 *ὁ μὲν αὐτῶν τέμνετάι ξίφει τὸν πῆχυν*
As. 604 *ὁ κῆρυξ ἐκέλευεν αὖθις ἐπανάγειν* (sc. *με*) *ἐς οἶκον*	Abdic. 168 *τί δ' αὖθις ἐπανῆγες ἐς τὴν οἰκίαν*; Menipp. 466 *ἐπανάγει ἐς τὴν οἰκίαν*
As. 613 *τὸν μὲν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἔπεμψαν λόγον τῶν τετολμημένων* (=facinorum) *ὑφέξοντα*	Menipp. 473 *ἀπέπεμπεν ἕκαστον ἐς τὸν τῶν ἀσεβῶν χῶρον δίκην ὑφέξοντα κατ' ἀξίαν τῶν τετολμημένων*
As. 621 *κλίνη ἦν μεγάλη . . . χρυσῷ ἐσφηκωμένη* (v. supra)	Gall. 721 . . . *εἰπεῖν σου τὰς κόμας ὅτι χρυσῷτε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο*
As. 569 *ἐγὼ δὲ κόπτω προσελθὼν τὴν θύραν . . . ὑπήκουε δ' οὖν ἡ γυνή*	Icaromen. 777 *ἔκοπτον προσελθὼν τὴν θύραν· ὑπακούσας δέ ὁ Ἑρμῆς*
As. 601 *γυναῖκα εἰς ἀγρὸν ἀπιοῦσαν ἰδών*	Philops. 39 *ᾤχετο ἐς τὸν ἀγρὸν ἀπιών*
As. 586 *ἔκρινα δὲ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου*	Iup. trag. 645 *καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου* Pseudolog. 168 *ὁ δὲ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου* conviv. 438 *καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου* Herm. 767 *οὐδὲ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου*
As. 580 *ἀναστᾶσα ᾤχετο πετομένη*	piscat. 604 *οὐκ οἶδ' ὅποι ποτὲ οἴχεται πάντα ταῦτα ἀποπτάμενα* dial. mar. 322 *ᾤχετο ἀποπτάμενος* (Brambs p. 34) adicio Char. 512 *αἱ δ' ἐλπίδες . . . ἀναπτάμεναι οἴχονται*
As. 571 *ἀλλά τῇ γνώμῃ . . . κατάγομαι παρὰ σοί*	Phalax. I 192 *πρὸς ὀλίγον οὖν τῇ γνώμῃ ἐς Ἀκράγαντα παρ' ἐ μὲ ἀποδημήσαντες*
As. 614 *τὸ δὲ δέρμα ἐπανθούσῃ τῇ τριχὶ ἀπέστιλβε*	Alex. 246 *δέρματος ὡς τὸ εἰκός πρὸς τὴν αὐγὴν τῶν λαμπάδων ἀποστίλβοντος*
As. 585 *καὶ γὰρ φιλήμασιν ἠσπάζοντο ἀλλήλους*	Alex. 248 *μηδένα τῷ αὐτοῦ στόματι δεξιοῦσθαι μηδὲ φιλήματι ἀσπάζεσθαι*
As. 617 *καὶ χαλινοὺς εἰσεδεχόμην*	Fugit. 369 *ἐνδεξόμενον τὸν χαλινὸν* de merc. cond. 676 *δέχῃ τοίνυν τὸν χαλινόν*

De multis aliis stili Lucianei proprietatibus, quae in asino quoque reperiuntur, copiose suo egi loco (cf. p. 115 sq.; de anaphora p. 123; de novis verborum compositionibus p. 145).

Quibus addam nonnulla alia Lucianum asini esse auctorem denotantia:

1. quotiescumque Lucianus voculas *πᾶς* et *ἄλλος* inter se coniungit paucis locis librorum suspectorum exceptis (Charid. 621, 623, 625; de salt cap. 79)[1] vocula *πᾶς* illam semper (tricies ter)[2] insequitur ut in As. 581 *καὶ τἆλλα δέ, ὅσα ὀρνίθων κτήματα καὶ σύμβολα πάντα εἶχε* 594 *τὸ δὲ ἄλλο σῶμα πᾶν ἔνδον κρυπτόμενον.*

2. Pronomen demonstrativum *οὗτος* (vel *ἐκεῖνος*) cum in Luciani libris ad duo adiectiva accedit, numquam prius non subsequitur[3]) ut Nigr. 67 *τὸ στερρὸν τοῦτο καὶ ἀπαθές τὰ ὀργίλα ταῦτα καὶ μειρακιώδη* Tim. 149, 173; *τὸ ἐργῶδες τοῦτο καὶ ἡδὺ* Prom. 199; *τοὺς πλουσίους τούτους καὶ πολυχρημάτους* dial. mort. 458, 443 item in Menipp. 480; vit auct 552 Tox. 546; abdic. 168; Iup. confut. 632 Cronos. 385 dial. meretr. 317 Bis. acc. 803; Philops. 63 piscat. 592, 599 sqq. perraro ille variandae orationis causa ab hac regula videtur recessisse *τὸ πάνυ τοῦτο ἄγριον καὶ τραχὺ* Tim. 147 (sed. conferas supra 149, 173) *τῆς καινῆς καὶ παραδόξου ταύτης ἀποδημίας* dial. mort. 456 (contra videas 443, 458) *τῶν κενῶν καὶ ματαίων τούτων ψευσμάτων* Philops. 65 (aliter 63); mire cum illa dicendi ratione congruunt hi asini loci *τὸ μέγα τοῦτο καὶ καλὸν* 574; *τῇ παραδόξῳ ταύτῃ καὶ μηδέποτε ἐλπισθείσῃ θέᾳ* 622; *τὸ θερμὸν ἐκεῖνο καὶ πικρὸν ἐμοὶ φορτίον* 600.

3. Pronomina demonstrativa cum ad substantiva cum adiectivis coniuncta pertinent,[4]) a Luciano plerumque post adiectiva ponuntur,[5]) Huc ex asino referam haec exempla: *τὸν ἄθλιον τοῦτον ὄνον* 591; *τὴν ἀγαθὴν ταύτην παρθένον* 594; *καὶ τὸν κοινὸν αὐτῇ ἐκεῖνον θάνατον* 596; *ὑπὸ τοῦ καλοῦ τούτου ἐραστοῦ* 602; *τῆς ἐπαφροδίτης ταύτης ὁρμῆς* 602; sollemnis collocatio neglegitur 572 *ταύτης τῆς παραδόξου θέας* 582 *τὴν μίαν νύκτα ταύτην* 589 *ἐκείνῃ τῇ καλῇ παρθένῳ* similiter sexies apud Lucianum ut sermo varietur *τὸν καλὸν κομήτην τοῦτον* deor. dial. 215 (contra sollemnis exstat 248) *τοὺς τραγικοὺς ὑποκριτὰς τούτους* Menipp.

---

[1]) cf. Bieler, Be salt., Prgr., Halle 1894, p. 13.

[2]) Gall. 735, 738; Tim. 155; Prom. 195; deor. dial. 249, 281; dial. mort. 344 de sacrif. 534; pisc. 584; vot. 629, 648; Apolog. 716; Hermot. 827; Abdic. 173, 179; Philops. 55, 61; Lexiph. 318; Conviv. 447 sqq. eundem usum apud Platonem quoque licet observare (cf. Fuhr, Rhein. Mus. 33 (1878) p. 570 sq.

[3]) Apud Achillem Tatium nullum eiusmodi exemplum repperi; apud Heliodorum tria (II 4, 32; VII 17, 1; VII 28, 19).

[4]) cf. Kühner-Gerth II 628, 5.

[5]) cf. Schwidop, Observ. Luc. spec. I 23: Sedes pronominis *οὗτος* stabilis est.

479 (cf. ibid. 485) *τῆς τραχείας ὁδοῦ ἐκείνης* rhet. mag. 9; *ἐκείνους τοὺς ἀρχαίους ἄνδρας* ibid. 9 (contra vid. 10, 12, 21, 26) *τὸν πανευδαίμονα ὄνειρον ἐκεῖνον* Gall. 710 (contra vid. 703, 718, 725, 739) *τοῖς καταράτοις κόλαξιν ἐκείνοις* Tim. 165 (contra vid. 170).

4. Interrogativae sententiae negatae liberae apud Lucianum sermonis vulgaris ratione induci solent simplici negatione *οὐ* (vel *οὐχί*) raro particula *ἆρα*, rarissime particulis *ἆρ' οὐ*.[1]) Huc spectant haec exempla *οὐκἀκούεις οἷα περὶ σοῦ ἐβουλεύσαντο* 591; *οὐ φθείρῃ ἀπ' ἐμοῦ* 624.

5. Lucianus adiectivi *μόνος* usum adeo praefert, ut rarissime adverbium adhibeat, etiamsi plerumque nihil interest, utra forma ponatur,[2]) eiusmodi exempla septem repperi: 368 *θεράπαιναν καὶ γαμετὴν μόνας τρέφει* 574 *οὐ γὰρ μόνα ταῦτα φαῦλα καὶ ἐδώδιμα σκευάζω, θεραπεύσει δέ σε οὐδείς, ἀλλ' ἡ κατακαύσασά σε μόνηἐγώ,* 582 *ῥόδα μόνα εἰ φάγοις* 589 *κομίζοντες μόνην παρθένον* 604 *οὗτος μόνος οὐχ εὕρηκε κύριον* 607 *τούτῳ μόνῳ τῷ ἔργῳ.*

6. Ad pronomen relativum *ὅστις* Lucianus semper fere particulam *καὶ* adiungit[3]) ut in somn. 2 *ἐσκοπεῖτο μετὰ τῶν φίλων, ὅτι καὶ διδάξαιτό με* item imag. 463; Nigr. 40, 39; Char. 501; vot. 634; dial. mort. 447; Tox. 549; Iup. trag. 656, 660, 678; de salt. 279; piscat. 578, 587; dial. mort. 340, 347, 361; Icaromen. 789, 801; de paras. 860; Anach. 889; Philops. 41, 42; Bis. acc. 803; Alex. 222; quom. hist. conscr. 5 sqq.; Similiter in asino 586 *ἐσκοπούμην, ὅτι καὶ καταφάγοιμι.*

7. Saepius a Luciano quam ab ullo alio scriptore interpositiones ita usurpari, ut „ea, quae ad rem explicandam necessaria sint, continuationi sermonis media interponere soleat", recte cognovit Guttentagius.[4]) In asino vidi has: 573 *τῆς γὰρ γυναικὸς τοῦ φίλου καὶ ξένου πόρρω ἵστασο* 574 *σφόδρα γὰρ ἦν ἰταμὸν τὸ κοράσιον* item 587, 597, 604, 622.

8. Cum verbo *ἥκειν* Lucianus singulari quodam studio dativum ethicum solet coniungere,[5]) simile exemplum in asino quoque legitur 624 *σὺ δέ μοι ἐλήλυθας ... ἐς πίθηκον μεταμορφωθείς.*

9. Eius denique dicendi generis mentionem faciam, quo Aristophanis potissimum more[6]) imperativo affirmato particula *καὶ*

---

[1]) cf. Bieler, De Cynico p. 10.
[2]) Funk, De Demonacte p. 572; Guttentag p. 44 sq.; Knaut l. l. p. 36.
[3]) cf. Krüger 69, 32, 16; Jacobs ad Ael. N. A. s. v. *καί* p. 620.
[4]) De Toxaride p. 37.
[5]) cf. Guttentag l. l. p. 52; Schwidop spec. III 22.
[6]) cf. Plut. 100 *πιθοῦ καὶ μὴ μ' ἀπολίπῃς* ibid. 599 *φθείρου καὶ μὴ γρύξῃς* eccles. 1058 *ἕπου ... καὶ μὴ λάλει* Acharn. 1054 *ἀπόφερε τὰ κρέα καὶ μὴ δίδου ...* Lysistr 482 *ἀλλ' ἀνερώτα καὶ μὴ πείθου* ibid. 549 *χωρεῖτ' ὀργῇ καὶ μὴ τέγγεσθ'* ran. 1283; sqq. Heliodorus et Achilles Tatius nullum eiusmodi exemplum praebent.

negatus annectitur ut in Menipp. 485 *ἀλλ' εἰπὲ καὶ μὴ περιίδῃς* Hermot. 760 *σκόπει δή καὶ μὴ καταγελάσῃς* dial. mort. 454 *ἀπόλυσον αὐτὸν καὶ μηκέτι κολαζέσθω* dial. deor. 254 *ἄπιτε οὖν καὶ μὴ χαλεπήνητε* dial. deor. 238 *παύσασθέ φημι καὶ μὴ ἐπιταράττετε* pisc. 571 *χρῶ τῷ ξύλῳ μηδὲ ἀνῆτε* Tim. 152 *ἐπίρρωσον σεαυτὴν καὶ μή κάμῃς* Lexiph. 344 *πῖθι καὶ μὴ μέλλε* deor. dial. 211 *φαιδρὸς ἴσθι καὶ μηδὲν ἐπιπόθει τῶν κάτω*, item in as. 578 *σύνεχε καὶ μὴ δίδου διάστημα.*

Quorum similia apud alios quoque scriptores interdum reperiri probe scio, sed cum Luciani illa maxime propria sint et ad unum omnia etiam in asino inveniantur, nequaquam nullius momenti esse puto, quod asini auctor ne in his minimis quidem rebus a Luciano dissentit.

Conclusio.

Ex iis omnibus, quae nunc sum persecutus meo quidem iudicio perspicue apparet asini scriptorem pendere a Luciano idque ita, ut non possimus non credere hunc libellum a Luciano ipso, non ab ullo imitatore esse conscriptum. Quae opinio nullo modo potest labefactari magno vulgaris aut poetici sermonis vestigiorum numero. Nam quod in omnibus elocutionis partibus ille huic libello minus quam ceteris Atticae elegantiae speciem conciliavit, id consilio fecisse putandus est, quod eiusmodi argumentum nulla alia decuit elocutio. Hac in re quantum Lucianus Lucio Patrensi debeat iam non potest statui; neque vero dubito, quin antiquorum scriptorum usum secutus non solum re ad exemplum suum se accommodaverit, sed etiam verbis ac structuris.

Sane vero sententiarum contextus aliquantum difficultatis videtur habere (cf. supra p. 2 sqq.) non modo quod Lucianus hic praeter consuetudinem suam [1]) rem ab alieno scriptore tractatam contraxit, sed imprimis quod ea ratione contraxit, quae eius ingenio plane indigna putetur. Quam quaestionem Schmidium iam pridem recte solvisse credo ratum [2]) libellum hunc non ad legendum, sed ut audientibus novarum mirarumque

---

[1]) cf. Ziegeler, De Charid. p. 4; A. Stengel, De Luciani veris historiis, Diss. Rostock 1911, p. 7: „qua in re quae ex aliis deprompserat adeo excoluit et tam libero pede incessit et verbis et sententiis, ut velut sua vindicare posset“; contra non esse, quod Luciani ingenium nimis laudibus efferamus docet Helm l. l. p. 341 et de Wilamowitz, Die Kultur der Gegenwart I, 8 p. 249.

[2]) Philolog. 1891 vol. 50 p. 313.

rerum cupidis[1]) quasi *ἀκρόαμα* praeberet a Luciano esse compositum. Quod si ita est, nequaquam necesse erat eum id agere, ut sententiae summa disserendi elegantia atque sagacitate inter se essent aptae, sed ut oratione quam maxime concisa audientium animi numquam non tenerentur suspensi, id quod singulari certe sollertia perfectum est. Interrogantibus autem quanam de causa Lucianus ad tractandum argumentum ex alieno scriptore excerptum adductus sit, nihil aliud possum respondere nisi quod senex summa egestate pressus auram popularem captare coactus est, ut sibi victum compararet.[2]) Itaque cum quae illorum hominum studia essent, plane haberet perspectum,[3]) eam sibi proposuit rem, qua exposita id quod vellet adepturum se esse speravit.

---

[1]) cf. Reitzenstein, Hellenistische Wundererzählungen, Leipzig 1906, p. 2; Dio Chrysost. orat. XXXV, 1 *ὑμεῖς δὲ θαυμαστῶς καὶ περιττῶς ἐπιθυμεῖτε ἀκούειν καὶ μόνων ἀνέχεσθε τῶν πάνυ δεινῶν.*

[2]) Asinum a Luc. sene conscriptum esse etiam e priorum ipsius librorum imitationibus videtur apparere (cf. p. 101 sqq. et W. Schmid, Philolog. vol. 50 p. 316 sq.).

[3]) cf. Dio Chrysost. l. l. 8 *καὶ τοὺς σοφιστὰς ἀνάγκη τὴν διάνοιαν τῶν ἀκροατῶν ἀναλαβεῖν τοιαῦτα καὶ λέγοντας καὶ διανοουμένους ὁποῖοί ποτ᾽ ἂν οὗτοι τυγχάνωσιν ὄντες·* A. Stengel l. l. p. 7.

Typis expressit Robertus Noske, Bornensis.

Vita

Vincentius Neukamm natus sum Roettingae a. d. V. Kal. Mart. anni 1889 patre Josepho matre Catharina e gente Pflanz. Fidem profiteor catholicam. Litterarum primordiis a Suledero amico meo imbutus gymnasium adii puer duodecim annorum. Maturitatis testimonium anno 1909 adeptus adii universitatem Tubingensem primum theologiae postea philologiae studiis operam daturus. Anno 1911 Monachii sedem collocavi, anno 1912 Tubingam reverti, anno 1913 Berolinum me contuli. Docuerunt me Tubingae: Gundermann, Günter, Haas, Maier, de Meß, W. Schmid, Spitta. Monachii: Crusius, Drerup, Grauert, Poehlmann, Vollmer, Weymann, Berolini: Norden, Lasson, Sering, de Wilamowitz.

Quibus viris pro magnis in me meritis maximas ago gratias praecipue autem Schmidio, qui huius dissertationis et suscipiendae et perficiendae mihi auctor fuit.